

DIE HEBOOMADIS	LVNAE	MARTIS LUDUS DOMESTICUS SENIORIBUS TRADITUR	MERCVRII	IOVIS	VENERIS LUDUS DOMESTICUS SENIORIBUS TRADITUR	SATVRNI
HORA II POST MERIDIEM IVNIORES =	A ¹ : OPTIME ANTIQUITATIS AUCTORES [CICERO ET ALII MAGISTRI]	B ¹ : PATRES LATINI + SCRIPTORES MEDIAE AETATIS	C ¹ : ECCLESIASTICA LATINITAS - CARMINA + EXEMPLA TEMPORIS ARTIUM RENATARUM	A ² : OPTIME ANTIQUITATIS AUCTORES [CICERO ET ALII MAGISTRI]	B ² : PATRES LATINI + SCRIPTORES MEDIAE AETATIS	C ² : ECCLESIASTICA LATINITAS - CARMINA + EXEMPLA TEMPORIS ARTIUM RENATARUM
HORA IV POST MERIDIEM IVNIORES AC = SENIORES	D ¹ : LUDUS TUNICUM CORRIGITUR + ARS SCRIBENDI + LATINITAS DIERUM REGENTIORUM	E ¹ : DOCENDI RATIONES + ACTA DIURNA + COLLOCUTIONES COTIDIANAE	F ¹ : OPTIME ANTIQUITATIS POETAE [VERGILIUS ET ALII VATES]	D ² : LUDUS SENIORUM CORRIGITUR + ARS SCRIBENDI + LATINITAS DIERUM REGENTIORUM	E ² : DOCENDI RATIONES + ACTA DIURNA + COLLOCUTIONES COTIDIANAE	F ² : OPTIME ANTIQUITATIS POETAE [VERGILIUS ET ALII VATES]
HORA VI POST MERIDIEM SENIORES =	A ¹ : OPTIME ANTIQUITATIS AUCTORES [CICERO ET ALII MAGISTRI]	B ¹ : PATRES LATINI + SCRIPTORES MEDIAE AETATIS	C ¹ : ECCLESIASTICA LATINITAS - CARMINA + EXEMPLA TEMPORIS ARTIUM RENATARUM	A ² : OPTIME ANTIQUITATIS AUCTORES [CICERO ET ALII MAGISTRI]	B ² : PATRES LATINI + SCRIPTORES MEDIAE AETATIS	C ² : ECCLESIASTICA LATINITAS - CARMINA + EXEMPLA TEMPORIS ARTIUM RENATARUM

NON NYLLA ITINERA "LITTERATA" [= LATINIS SUM LECTIONIBUS.]
QVAE FIERI AESTIYAE SCHOLAE TEMPORE POSSYNT
ROGATV CONSENSV EFLAGITATV PARTICIPVM OMNIVM:

A] TOTUM PER DIEM I

POMPEIOS + HERULANEUM. AD SABINAM HORATIS VILLAM.
ARPINUM = INGENADULA CICEROHIS. TUSCULUM. VEIOS.
OETIA ANTIQUA. SULMONE = OVIDII PATRIAM.
FORMIAS = CICEROHIS VILLAH + TEMULUM. FUNDOS AC SPELUNCAM.
AD LAGUM TRABUMENUM. HADRIANI VILLAH TIBURTHAM.
ROCCAH SIGGAH ET FOBBAH NOVAM = THOMAE AQUINATIS LOCA.

B] DIIDUUM PER DIEM I

AD FORUM ROMANUM. COLOSSEUM. COLLEM PALATINUM.
CAPITOLIUM. FLUVIUM TIBERINUM. AD OBELISCOS ROMANOS.
PONTIFICIOS HORTOS. ARCTIS GANDULFI. VIAH APPIAH.

Maior pars mortalium, Pauline, de naturae malignitate I conqueritur, quod in exiguum acui gignimur, quod haec tam uelociter, tam rapide dati nobis temporis spatia decurunt, adeo ut exceptis admodum paucis ceteros in ipso uitae apparatu uita destitutus. Nec huic publico, ut opinantur, malo turba tantum et inprudens vulgus ingemuit: clarori n quoque uirorum hic adfectus querellas euocauit. Inde illa maximi medicorum exclamatio est, 'uitam breuem esse, longam artem'; inde Aristotelis cum rerum natura exigentis minime conueniens sapienti uiro lis est: 'actatis illam animalibus tantum induluisse ut quina aut dena saecula educerent, homini in tam multa ac magna genito tanto citeriorum terminum stare.' Non exiguum temporis habemus, sed multum perdimus. Satis longa uita et in maximis rerum consummationem large data est, si tota bene conlocaretur; sed ubi per luxum ac neglegentiam diffliuit, ubi nulli bona rei inpenditur, ultima demum necessitate cogente quam ire non intelleximus transisse sentimus. Ita est: non accipimus breuem uitam sed facimus nec inopes eius sed prodigi sumus. Sicut amplae et regiae opes, ubi ad malum dominum peruerterunt, momento dissipantur, at quamvis modicae, si bono custodi traditae sunt, usu crescent, ita aetas nostra bene disponenti multum patet.

2 Quid de rerum natura querimus? Illa se benigne gessit: uita, si uti scias, longa est. *(At)* alium insatiabilis tenet auaritia, alium in superuacuis laboribus operosa sedulitas; alius uno madet, alius inertia torpet; alium desetigat ex alienis iudiciis suspensa semper ambitio, alium mercandi praeceps cupiditas circa omnis terras, omnia maria spe lucri dicit; quosdam torquet cupidio militiae, numquam non aut alienis periculis intentos aut suis anxios; sunt quos ingratus superiorum cultus uoluntaria seruitute consumat; multos aut adfectatio alienae fortunae aut suae querella detinuit; plerosque nihil certum sequentis uaga et inconstans et sibi displicens leuitas per noua consilia iactauit; quibusdam nihil quo cursum derigant placet, sed martensis oscitantisque fata deprendunt, adeo ut quod apud maximum poetarum more oraculi dictum est uerum esse non dubitem: 'exigua pars est uitae qua uiuimus.' Ceterum quidem omne spatium non uita sed tempus est. Vrgent et circumstant uitia undique nec resurgere aut in dispectum ueri attollere oculos sinunt, sed mersos et in cupiditatem infixos premunt. Numquam illis recurrere ad se licet; si quando aliqua fortuito quies contigit, uelut profundum mare, in quo post uentum quoque uoluntatio est, fluctuantur, nec umquam illis a cupiditatibus suis otium est. De istis me putas dicere quorum in confesso mala sunt? aspice illos ad quorum felicitatem concurrexit: bonis suis offocantur. Quam multis diuitiae graues sunt! quam multorum eloquentia et cotidiana ostendandi ingenii occupatio sanguinem educit! quam multi continuis uoluptatibus pallent! quam multis nihil liberi relinquit circumfusus clientium populus! Omnis denique istos ab infinitis usque ad summos perera: hic aduocat, hic adest, ille periclitatur, ille defendit, ille iudicat, nemo se sibi uindicat, alius in aliis consumitur. Interroga de istis quorum nomina ediscuntur, his illos dinoscis uidebis notis: ille illius cultor est, hic illius; suus nemo est. Deinde 3 dementissima quorundam indignatio est: queruntur de superiorum fastidio, quod ipsis adire uolentibus non uacuerint! Audet quisquam de alterius superbia queri qui sibi ipse numquam uacat? Ille tamen te, quisquis es, insolenti quidem uultu sed aliquando respexit, ille aures suas ad tua uerba demisit, ille te ad latus suum recepit: tu non inspicere te umquam, non audire dignatus es. Non est itaque quod ista officia cuiquam inputes, quoniam quidem, cum illa faceres, non esse cum alio uolebas sed tecum esse non poteras.

3 Omnia licet quae umquam ingenia fulserunt in hoc unum consentiant, numquam satis hanc humanarum mentium caliginem mirabuntur. Praedia sua occupari a nullo patiuntur et, si exigua contentio est de modo finium, ad lapides et arma discurrent: in uitam suam incedere alios sinunt, immo uero ipsi etiam possessores eius futuros inducunt. Nemo inuenitur qui pecuniam suam diuidere uelit: uitam unusquisque quam multis distribuit! Adstricti sunt in continendo patrimonio, simul ad iacturam temporis uentum est, pro fusissimi in eo cuius unius honesta auaritia est. Libet itaque ex seniorum turba comprehendere aliquem: 'peruenisse te ad ultimum aetatis humanae uideremus, centesimus tibi uel supra premitur annus: agendum ad computationem aetatem tuam reuoca. Duc quantum ex isto tempore creditor, quantum amica, quantum rex, quantum ciens abstulerit, quantum lis uxoria, quantum seruorum coercitio, quantum officiosa per urbem discursatio; adice morbos quos manu fecimus, adice et quod sine usu iacuit: uidebis te pauciores 3 annos habere quam numeras. Repete memoria tecum quando certus consilii fueris, quotus quisque dies ut destinaueras cesserit, quando tibi usus tui fuerit, quando in statu suo uultus, quando animus intrepidus, quid tibi in tam longo aeuo facti operis sit, quam multi uitam tuam diripuerint te non sentiente quid perderes, quantum uanus dolor, stulta laetitia, auida cupiditas, blanda conuersatio abstulerit, quam exiguum tibi de tuo relictum sit: intelleges te inmatrum mori.' Quid ergo est in causa? Tamquam semper uicturi uiuimus, numquam uobis fragilitas uestra succurrit, non obseruatis quantum iam temporis transierit;

uelu: ex pleno et abundantia perditis, cum interim fortasse ille ipse qui alicui uel homini uel rei donatur dies ultimus sit. Omnia tamquam mortales timetis, omnia tamquam inmortales concupiscitis. Audies plerosque dicentes: 'a quinque quagesimo anno in otium secedam, sexagesimus me annus ab officiis dimittet.' Et quem tandem longioris uitae praedem accipis? Quis ista sicut disponis ire patetur? Non pudet te reliquias uitae tibi reseruare et id solum tempus bonae menti destinare quod in nullam rem conferri possit? Quam serum est tunc uiuere incipere cum desinendum est! Quae tam stulta mortalitatis obliuio in quinquagesimum et sexagesimum annum differre sana consilia et inde uelle uitam inchoare quo pauci perduxerunt!

Potentissimis et in altum sublatis hominibus excidere 4 uoces uidebis quibus otium optent laudent, omniibus bonis suis praef'erant. Cupiunt interim ex illo fastigio suo, si tuto liceat, descendere; nam ut nihil extra lacessat aut quatiat, in se ipsa fortuna ruit.

Diuus Augustus, cui di plura quam ulli praestiterunt, non a desit quietem sibi precari et uacationem a re publica petere; omnis eius sermo ad hoc semper reuolutus est, ut speraret otium; hoc labores suos, etiam si falso, dulci tamen oblectabat solacio, aliquando se uicturum sibi. In quadam ad 3 senatum missa epistula, cum requiem suam non uacuam fore dignitatis nec a priore gloria discrepantem pollicitus esset, haec uerba inueni: 'sed ista fieri speciosius quam promitti possunt. Me tamen cupido temporis optatissimi mihi prouexit ut, quoniam rerum laetitia moratur [ut] adhuc, praecipiter aliiquid uoluptatis ex uerborum dulcedine.' Tanta uisa est res otium ut illam, quia usu non 4 poterat, cogitatione praesumeret. Qui omnia uidebat ex se uno pendentia, qui hominibus gentibusque fortunam dabat, illum diem laetissimus cogitabat quo magnitudinem suam 5 exueret. Expertus erat quantum illa bona per omnis terras fulgentia sudoris exprimerent, quantum occultarum sollicitudinum tegerent: cum ciuibus primum, deinde cum collegis, nouissime cum adfinibus coactus armis decernere, mari terraque sanguinem fudit. Per Macedoniam Siciliam Aegyptum Syriam Asiamque et omnis prope oras bello circumactus Romana caede lassos exercitus ad externa bella conuertit. Dum Alpes pacat inmixtosque mediae paci et imperio hostes perdomat, dum ultra Rhenum et Euphraten et Danuuium terminos mouet, in ipsa urbe Murenac, Caepionis, Lepidi, Egnati, aliorum in eum mucrones accebantur. Nondum horum effugerat insidias: filia et tot nobiles iuuenes adulterio uelut sacramento adacti iam infractam aetatem territabant Iullusque et iterum timenda cum Antonio mulier. Haec ulcera cum ipsis membris abscederat: alia subnascebantur; uelut graue multo sanguine corpus parte semper aliqua rumpebatur. Itaque otium optabat, in huius spe et cogitatione labores eius 6 residebant, hoc uotum erat eius qui uoti compotes facere poterat.

5 M. Cicero inter Catilinas Clodios iactatus Pompeiosque et Crassos, partim manifestos inimicos, partim dubios amicos, dum fluctuatur cum re publica et illam pessum cuntem tenet, nouissime abductus, nec secundis rebus quietus nec aduersarum patiens, quotiens illum ipsum consulatum suum a non sine causa sed sine fine laudatum detestatur! Quam flebiles uoces exprimit in quadam ad Atticum epistula iam uicto patre Pompeio, adhuc filio in Hispania fracta arma refouente! 'Quid agam' inquit 'hic queris? moror in Tusculano meo semiliber.' Alia deinceps adiicit quibus et priorem aetatem complorat et de praesenti queritur et de futura desperat. Semiliberum se dixit Cicero: at mehercules numquam sapiens in tam humile nomen procedet, numquam semiliber erit, integræ semper libertatis et solidæ, solutus et sui iuris et altior ceteris. Quid enim supra eum potest esse qui supra fortunam est?

Liuius Drusus, uir acer et uehementis, cum leges nouas et 6 mala Gracchana mouisset stipatus ingenti totius Italie coetu, exitum rerum non peruidens quas nec agere licebat nec iam liberum erat semel inchoatas relinquere, execratus inquietam a primordiis uitam dicitur dixisse uni sibi ne puero quidem umquam ferias contigisse. Ausus est enim et pupillus adhuc et praetextatus iudicibus reos commendare et gratiam suam foro interponere, tam efficaciter quidem ut quaedam iudicia constet ab illo rapta. Quo non erumperet tam inmatura ambitione? sciens in malum ingens et priuatum et publicum euasuram *(tam)* praecoquem audaciam. Serio itaque querebatur nullas sibi ferias contigisse, a puero seditionis et foro gratis. Disputatur an ipse sibi manus attulerit; subito enim uulnere per inguen accepto conlapsus est, aliquo dubitante an mors eius uoluntaria esset, nullo an tempestiu. Superuacuum est commemorare plures qui, 3 cum aliis felicissimi uiderentur, ipsis in se uerum testimonium dixerunt perosi omnem actum annorum suorum; sed his querellis nec alios mutauerunt nec se ipsis; nam cum uerba eruperunt, adfectus ad consuetudinem relabuntur.

serant casus: nam proelia maxima natali suo die fecit omnia, quo factum est ut eius diem natalem festum haberet universa Sicilia. huic quidam Laphystius, homo petulans et ingratuus, vadimonium cum vellet imponere, quod cum illo se lege agere diceret, et complures concurredissent, qui procacitatem hominis manibus coercere conarentur, Timoleon oravit omnes, ne id facerent, namque id ut Laphystio et cuivis liceret, se maximos labores summaque adisse pericula, hanc enim speciem libertatis esse, si omnibus, quod quisque vellet, legibus experi liceret, idem, cum quidam Laphystii similis, nomine Demmenetus, in contione populi de rebus gestis eius detrahere coepisset ac nonnulla inveheretur in Timoleonta, dixit nunc demum se voti esse damnatum: namque hoc a diu immortalibus semper precatum, ut talem libertatem restitueret Syracusanis, in qua cuius licet de quo vellet impune dicere.

Hic cum diem supremum obisset, publice a Syracusanis in gymnasio, quod Timoleonteum appellatur, tota celebrante Sicilia sepultus est.

Hi fere fuerunt Graecae gentis duces, qui memoria digni videantur, praeter reges: namque eos attingere nolivimus, quod omnium res gestae separatis sunt relatae. neque tamen illi admodum sunt multi. Lacedaemonius autem Agesilaus nomine, non potestate fuit rex, sicut ceteri Spartani, ex illi vero, qui dominatum imperio tenuerunt, excellentissimi fuerunt, ut nos iudicamus, Persarum Cyrus et Darius, Hystaspis filius, quorum uteque privatus virtute regnum est adeptus. prior horum apud Massagetas in proelio cecidit. Darius senectute diem obiit supremum. tres sunt praeterea

³ Laphystius Longolius: Lamistius ABPR. ¹⁴ damnatum] compotem MR. ¹⁴ Hoc capita in libro istius Timoleontis admodum primus annuntiavit Caelius Cato. ¹⁵ Graccae u. d. dicit aliquot: græciæ ABMPR. ¹⁷ Hirtapai (Hyr. AB) ABP

eiusdem generis: Xerxes et duo Artaxerxes, Macrochir cognomine et Mnemon. Xersi maxime est illustris, quod maximis post hominum memoriam exercitibus terra marique bellum intulit Graeciae. at Macrochir præcipuum habet laudem amplissimæ pulcherrimæque corporis formæ, quam incredibili ornativi virtute belli: namque illo Perses nemo manu fuit fortior. Mnemon autem iustitiae fama fornuit nam cum matri sue sceleris amissione uxorem, tantum induxit dolori, ut eum pietas vincaret. ex his duo eadem nomine morbo naturæ debitus reddiderunt, testius ab Artabano praefecto ferro interemptus est.

² Ex Macedonum autem gente duo multo ceteros antecesserunt rerum gestarum gloria: Philippus, Amyntas filius, et Alexander Magnus. horum alter Babylone morbo consumptus est, Philippus Aegius a Pausania, cum spectatum ludos iret, iuxta theatrum occisus est unus Epirotæ, Pyrrhus, qui cum populo Romano bellavit. is cum Argos oppidum oppugnaret in Peloponneso, lapide ictus interiit. unus item Siculus, Dionysius prior, nam et manu fortis et belli peritus fuit et, id quod in tyranno non facile reperitur, minime libidinosus, non luxuriosus, non avarus, nullius denique rei cupidus nisi singularis perpetuque imperii ob causam rem crudeleis: nam dum id studiis munire, nullius 3 pepercit virtus, quem ei insidiatorem putaret. hic cum virtute tyrannidem sibi peperisset, magna retinuit felicitate: maior enim annos sexaginta narus decessit florente regno, neque in tam multis annis cuiusquam ex sua stirpe funus vidit, cum ex tribus uxoribus liberos procreasset multique eis nati essent nepotes.

³ Fuerunt praeterea magni reges ex amicis Alexandri Magni, qui post obitum eius imperia ceperunt, in his

⁴ gentis Fr. Ricker ⁵ cognomine Nipp.: quoque ABMP: que R: om. " ⁶ Mnemon u. : Mnemon MR: Mnemon ABP ¹⁵ Aegius Flck: Egys AP ¹⁶ multi reges M

Antigonus et huius filius Demetrius, Lysimachus, Seleucus, Ptolemaeus. ex his Antigonus in proelio, cum adversus Seleucum et Lysimachum dimicaret, occisus est, pari leto affectus est. Lysimachus ab Seleuco: namque societas dissoluta bellum inter se gesserunt. at Demetrius, cum filiam suam Seleucu in matrimonium dedisset neque eo magis fida inter eos amicitia manere potuisse, captus bello in custodia sacer generi perit a morte. neque illi multo post Seleucus a Ptolemaeo Cerauno dolo interfactus est, quem illi a patre expulsum Alexandrum alienum opum indigentem receperat. ipse autem Ptolemaeus, cum vivus filio regnum tradidisset, ab illo eodem vita privatus dicitur.

De quibus quoniam satis dictum putamus, non incommodum videtur non præterire Hamilcarem et Hannibalem, quos et animi magnitudine et calliditate omnes in Africa natos præstutissime constat.

¹ HAMILCAR, Hannibal's filius, cognomine Barca, Kartha-ginensis, primo Poenico bello, sed temporibus extremis, admodum adolescentulus in Sicilia præceps coepit exercitiu. cum ante eius adventum et mari et terra male res gererentur Karthaginiensium, ipse ubi adiit, numquam hosti cessit neque locum nocendi dedit, saepeque e contrario occasione data lacerissimæ semper superior discessit. quo factu, cum paene omnia in Sicilia Poeni amisissent, ille Erycem sic defendit, ut bellum eo loco gerum non videatur. interim Karthaginienses classe apud insulas Aegatis et C. Lutatio, consule Romanorum, superati statuerunt belli facere finem eamque rem arbitrio permiserunt Hamilcaris. ille etsi flagrabit bellandi cupiditate, tamen paci serviun- dum putavit, quod patriam exhaustam sumptibus diutius calamites belli ferre non posse intellegebat, sed ita ut statim +

⁸ a onc. MRN ¹⁰ autem A: autem eius aedacato H. dicit. Nipp.

mente agitaret, si paulum modo res essent refectae, bellum renovare Romanosque armis persequi, dominum aut virtute s vicebas aut vici manus dedidisse, hoc consilio pacem conciliavisse, in quo tanta fuit ferocia, cum Catulus negaret bellum compositionum, nisi ille cum suis, qui Erycem tenuerunt, armis relictae Sicilia decederent, ut succumbente patria ipse peritum se potius dixerit, quam cum tanto flagito domum rediret: non enim sue esse virtutis arma a patria accepta adversus hostis adversarii tradere. huius pertinaciam cessit Carulus.

² At ille ut Karthaginem venit, multo aliter ac sperat rem publicam se habentem cognovit. namque diuturnitate extermi mali tantum exsistit intestinum bellum, ut numquam pari periculo fuerit Karthago nisi cum delecta est. primo mercennarii milites, qui adversus Romanos fuerant, desciverunt, quorum numerus erat xx milium. hi totam ablie- s narrant Africam, ipsam Karthaginem oppugnarunt. quibus malis adeo sunt Poeni perturbati, ut etiam auxilia ab Romanis petierint eaque impetrarent. sed extremo, cum prope iam ad desperationem pervenissent, Hamilcarem imperatore fecerunt. is non solum hostes a muris Karthaginis removit, cum amplius c milia facta essent armatorum, sed etiam eo compulit, ut locorum angustiis clausi plures fame quam ferro interirent. omnia oppida abalienata, in his Vicanum atque Hipponem, valentissima totius Africæ, resti- tuit patriæ. neque eo fuit contentus, sed etiam finis imperii propagavit, tota Africa tantum otium reddidit, ut nullum in ea bellum videretur multis annis fuisse.

³ Rebus his ex sententia patris fidenti animo atque infesto Romanis, que facilius causam bellandi reperiret, efficit ut imperator cum exercitu in Hispaniam mittetur, eoque

⁴ aut virtute] urta A: ut certe B: certe MRN ⁴ in quo " : in quo add. ⁵ transversi Lat. ⁶ Catulus om. AB ¹³ quibus A. R. usi erat Villaher et Hahn (conf. Ext. Pat.) ¹⁹ impetrarunt Nipp.

secum duxit filium Hannibalem annorum novem. erat: præterea cum eo adulescens illustris, formosus, Hasdrubal, quem nonnulli diligenter turpiter, quam par erat, ab Hamilcare loquebantur: non enim maledici tanto viro deesse poterant quo factum est ut a præfecto morum Hasdrubal cum eo veteretur esse. huic ille filium suum in matrimonium dedit, quod moribus eorum non poterat interdicti sacerco genera. de hoc ideo mentionem fecimus, quod Hamilcare occiso: ille exercitui præfuit resque magnas gerit et princeps largitione vetustos perverit mores Karthaginiensium eiusdemque post mortem Hannibal ab exercitu accepit imperium.

At Hamilcar, posteaquam mare transit in Hispaniamque 4 venit, magnas res secunda gerit fortuna: maximas bellicosissimæque gentes subegit, equis, armis, viris, pecunia totam locupletavit Africam. hic cum in Italiam bellum: inferre meditaretur, nonno anno postquam in Hispaniam venerat, in proelio pugnans adversus Vettones occisus est: huic perpetuum odium erga Romanos maxime conciassæ; videatur secundum bellum Poenicum. namque Hannibal, filius eius, assiduis patris obtestationibus eo est perductus, ut interire quam Romanos non experiri mallet.

¹ Hamilcar, Hamilcaris filius, Karthaginiensis. si verum: est, quod nemo dubitat, ut populus Romanus omnes gentes virtute superari, non est infinitandum Hannibalem tanto præstissime ceteros imperatores prudentia, quanto populus Romanus antecedat fortitudine cunctas nationes. nam: quotidiecumque cum eo congressus est in Italia, semper discessit superior. quod nisi domi civium suorum invidia debilitatus esset, Romanos videtur superare potuisse. sed multorum obrectatio devicit unius virtutem.

² socer a genere B: socer genere Loid.: socero genere MRN ¹⁷ Vettones " : Vettones MP: Vettones AB ¹⁶ antecedebat Cet. "

Nisi per te sapias, frustra sapientem audias.

Necessitati sapiens nihil umquam negat.

Non facile de innocentie crimen fingitur.

475 Nihilum boni est in morte cum nihil est mali.

Ni gradus servetur, nulli tutus est summus locus.

Nihil est miserior quam ubi pudet quod feceris.

Nec mortem effugere quisquam nec amorem potest.

Necessitatem ferre non fieri addecet.

480 Nasquam facilius culpa quam in turba latet.

Non leve beneficium praestat qui breviter negat.

(Non est beatus esse se qui non putat.)

Omnis voluptas quemcumque arrisit nocet.

Officium benivoli animi finem non habet.

485 O vita misero longa, felici brevis!

Obiurgari in calamitate gravius est quam calamitas.

O dulce tormentum ubi reprimitur gaudium!

Omnis aequo animo parent ubi digni imperant.

Occidi est pulchrum, ignominiose ubi servias.

490 O tacitum tormentum animi conscientia!

Optime positum est beneficium (bene) ubi meminit
qui accipit.

Obsequio nuptae cito fit odium paucis.

Occasio receptus difficiles habet.

O pessimum periculum quod opertum latet!

495 Omnes cum occulte peccant, peccant oculi.

Occasio aegre offertur, facile amittitur.

Oculi (occulte) amorem incipiunt, consuetudo
- perficit.

Probus libertus sine natura est filius.

Prodesse qui vult nec potest, aequo est miser.

500 Pericula timidis etiam quae non sunt videt.

Pudor doceri non potest, nasci potest.

Plus est quam poena sinere miserum vivere.

Pudorem alienum qui eripit perdit suum.

Patientia animi occultas divitias habet.

505 Peiora multo cogitat mutus dolor.

Pecunia (una) regimen est rerum omnium.

Pudor dimissus numquam reddit in gratiam.

Perdendi finem nemo nisi egestas facit.

Poena ad malum serpens iam cum properat venit.

510 Plus est quam poena iniuriae succumbere.

Pro medicina est dolor dolorem qui necat.

Patiens et fortis se ipsum felicem facit.

Prospicere in pace oportet quod bellum iuvet.

Parens iratus in se est crudelissimus.

515 Perdit non donat qui dat nisi sit memoria.

Probi delicta neglegens, leges teras.

Pars benefici est quod petitur si belle neges.

Properare in iudicando est crimen quaerere.

Populi est mancipium quisquis patrize est utilis.

520 Per quae sis tutus illa semper cogites.

Perfugere ad inferiorem se ipsum est tradere.

Peccatum amici veluti tuum recte putas.

Potens misericors publica est felicitas.

Praesens est semper absens qui se ulciscitur.

525 Perfacile quod vota imperant felix facit.

Poenam moratur improbus, non praeterit.

Perdidisse ad assem mallem quam accepisse turpiter.

I VNIORVM
A - (3)

Quicquid vindicandum est, (omnis) optima est occasio.

Quam miserum auxilium est ubi nocet quod sustinet!

Qui pote consilium fugere sapere idem potest.

530 Qui ulcisci dubitat improbos plures facit.

Qui obesse cum potest non vult prodest (tibi).

Quicquid bono concedas, des partem tibi.

Quod nescias cui serves stultum est parcere.

Quae vult videri bella nimis, nulli negat.

535 Qui debet limen creditoris non amat.

Qui pote transferre amorem pote deponere.

Qui culpae ignoscit uni suadet pluribus.

Quod improbis eripitur donatur probis.

Qui sibi non vivit alii merito est mortuus.

540 Quicquid fit cum virtute fit cum gloria.

Qui exspectat ut rogetur officium levat.

Qui timet amicum vim non novit nominis.

Qui (non) potest celare vitium non facit.

Qui omnes insidias timet in nullas incidit.

545 Quam malus est culpam qui suam alterius facit!

Qui docte servit partem dominatus tenet.

Qui se ipse laudat cito derisor invenit.

Quam miserum est bene quod feceris factum queri!

Quam est felix vita quae sine odiis transiit!

550 Quicquid futurum est sumnum ab imo nascitur.

Quam miserum est ubi consilium casu vincitur!

Quicquid fortuna exornat cito contemnitur.

Quicquid plus quam necesse est possideas premit.

Qui pote nocere timetur cum etiam non adest.

555 Quem bono tenere non potueris, contineas malo.

Quod senior loquitur omnes consilium putant:

Quam miserum est, ubi te captant, qui defenderent!

Quod quisque amat laudando commendat sibi.

Quem diligas etiam + queri de ipso malum est.

560 Qui venit ut noceat semper meditatus venit.

Quis miserum sciret, verba nisi haberet dolor?

Quam miserum est cum se renovat consumptum

malum!

Quanto serius peccatur tanto incipitur turpis.

Quam miser est qui excusare sibi se non potest!

565 Quo caveas, cum animus aliud verba aliud petunt?

Qui invitus servit, fit miser, servit tamen.

Quod est timendum decipit si neglegas.

Quid tibi pecunia opus est, si uti non potes?

Quod fugere credas saepe solet occurrere.

620 Quamvis acerbus qui monet nulli nocet.

Qui numerosis studet amicis is etiam iniuriosos ferat.

Qui semet accusat ab alio non potest criminari.

Qui dormientem necat absentem ulciscitur.

Quod est venturum sapiens ut praesens cavit.

MARCVS TVLLIUS CICERO [106-43 ANTE CHR.]

VI Scr. Dyrnachi Id. Quint. a. 706 (48).
SVIS S. D.

Nec saep est cui litteras demus, nec rem habemus ullam quam scribere velimus. Ex tuis litteris, quas proxime accepi, cognovi praedium nullum venire potuisse. Quia re videatis velim quo modo satis fiat ei, cui sciris me satis fieri velle. Quod nostra tibi gratias agit, id ego non miror te mereri ut et tibi merito tuo gratias agere possit. Pollicem, si adhuc non est profectus, quam primum fac extrudas. Cura ut valeas. Idib. Quint.

VII Scr. in portu Caesareo nave conservatae mihi Id. Iun.
a. 705 (49).

TVLLIUS TERENTIAE SVAE S. P.

Omnis molestias et sollicitudines, quibus et te miserrimam habui, id quod mihi molestissimum est, et Tulliolam, quae nobis nostra vita dulcior est, deposui et eieci. Quid causae autem fuerit postridie intellixi quam a vobis discessi. Nihil diximus noctu eieci; statim ita sum levatus, ut mihi deus aliquis medicinam fecisse videatur; cui quidem tu deo, quem ad modum soles, pie et caste satis facies [id est Apollini et Aesculapio]. Nam spacio nos valde bonam habere. In eum simul atque consendi, haec scripsi. Deinde conscribamus ad nostros familiaris multas epistolas, quibus te et Tulliolam nostram diligentissime commendabo. Cohortarer vos quo animo fortiores essetis, nisi vos fortiores cognossemus quam quemquam virum. Et tamen eius modi spacio negotia esse, ut et vos istuc commodissime speremus et me aliquando cum similibus nostri rem p. defensuros. Tu primum valetudinem tuam velim cures; deinde, si tibi videbitur, villis iis utere, quae longissime aberunt a militibus. Fundo Arpinati bene poteris uti cum familia urbana, si annona carior fuerit. Cicero bellissimus tibi salutem plurimam dicit. Etiam atque etiam vale. D. vii. Idus Iun.

VIII Scr. Brundisi a. d. iv Non. Iun. a. 707 (47).

TVLLIUS TERENTIAE SVAE S. P.

Si vales, bene est, ego valeo. Valetudinem tuam velim cures diligentissime. Nam mihi et scriptum et nuntiatum est te in febris subito incidisse. Quod celeriter me fecisti de Caesaris litteris certiorum, fecisti mihi gratum. Item posthac, si quid opus erit, si quid acciderit novi, facies ut sciām. Cura ut valeas. Vale. D. iiiii Non. Iun.

IX Scr. Brundisi a. 706 (48) a. d. xvii K. Iun.

TVLLIUS TERENTIAE SVAE S. P.

Ad ceteras meis miserias accessit dolor et de Dolabellae valetudine et de Tulliae. Omnia de omnibus rebus nec quid consili capiam nec quid faciam scio. Tu velim tuam et Tulliae valetudinem cures. Vale.

X Scr. Brundisi xvii K. Quint. a. 707 (47).

TVLLIUS S. D. TERENTIAE SVAE.

Quid fieri placeret scripsi ad Pomponium serius quam oportuit. Cum eo si locuta eris, intelleges quid fieri velim; apertius scribi, quoniam ad illum scripsoram, necesse non fuit. De ea re et de ceteris rebus quam primum velim nobis litteras mittas. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. vii Idus Quintilis.

XI Scr. Brundisi xvii K. Quint. a. 707 (47).

TVLLIUS S. D. TERENTIAE SVAE.

S. v. b. e. v. Tullia nostra venit ad me pr. Idus Iun. Cuius summa virtute et singulari humanitate graviore etiam sum dolore affectus nostra factum esse neglegentia ut longe alia in fortuna esset atque eius pietas ac dignitas postulabat. Nobis erat in animo Ciceronem ad Caesarem mittere et cum eo Cn. Sallustium. Si profectus erit, faciam te certiorum. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. xvii K. Quintilis.

XII Scr. Brundisi prid. Non. Novemb. a. 706 (48).

TVLLIUS TERENTIAE SVAE S. D.

Quod nos in Italiam salvos venisse gaudeas, perpetuo gaudeas velim; sed perturbati dolore animi magnisque iniuriis metuo ne id consili ceperimus, quod non facile explicare possimus. Quia re quantum potes adiuva; quid autem possis mihi in mentem non venit. In viam quod te des hoc tempore nihil est. Et longum est iter et non tutum, et non video quid prodesse possis, si veneris. Vale. D. pr. Non. Nov. Brundisi.

XIII Scr. Brundisi vi Id. Quint. a. 707 (47).

TVLLIUS S. D. TERENTIAE SVAE.

Quod scripsi ad te proximis litteris de nuntio remittendo, quae sit istius vis hoc tempore et quae concitatatio multitudinis ignoror. Si metuendus iratus est, quiesces; tamen ab illo fortasse nascetur. Totum iudicabis quale sit et, quod in miserrimis rebus minime miserum putabis, id facies. Vale. vi Id. Quintilis.

XIV - Scr. Abenturnis viii K. Febr. a. 705 (49).

TVLLIUS TERENTIAE ET PATER TVLLIAE, DVABVS
ANIMIS SVIS ET CICERO Matri OPTIMAE,
SVAVISSIMAE SORORI S. P. D.

i Si vos valetis, nos valemus. Vestrum iam consilium est non solum meum quid sit vobis faciendum. Si ille Romam

EPP. AD FAMILIARES

XIV.

IUNIORVM
A - (4)

modeste venturus est, recte in praesentia domi esse potestis; sin homo amens diripiendam urbem datus est, vere ut Dolabella ipse satis nobis prodesse possit. Etiam illud metuo ne iam intercludamus, ut cum velitis exire non liceat. Reliquum est, quod ipsae optime considerabitis, vestri similes seminae sintne Romae; si enim non sunt, videndum est ut honeste vos esse possitis. Quo modo quidem nunc se res habet, modo ut haec nobis loca tenere licet, bellissime vel mecum vel in nostris praediis esse poteritis. Etiam illud verendum est ne brevi tempore fames in urbe sit. His de robis velim cum Pomponio, cum Camillo, cum quibus vobis videbitur, consideretis, ad summam animo forti sitis. Labionus rem meliorem fecit; adiuvat etiam Piso, quod ab urbe discedit et sceleris condemnat generum suum. Vos, meae carissimae animae, quam saepissime ad me scribete et vos quid agatis et quid istic agatur. Quintus pater et filius et Rufus vobis & d. Valete viii K. [Quint.] Abenturnis.

XV Scr. Brundisi viii K. Quint. a. 707 (47).

TVLLIUS S. D. TERENTIAE

Si vales, bene est. Constitueramus, ut ad te antea scripsaram, obviam Ciceronem Caesari mittere, sed mutavimus consilium, quia de illius adventu nihil audiebamus. De ceteris rebus, etsi nihil erat novi, tamen quid velimus et quid hoc tempore putemus opus esse ex Sica poteris cognoscere. Tulliam adhuc mecum teneo. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. xii K. Quintilis.

XVI Scr. Brundisi viii Non. Iun. a. 707 (47).

TVLLIUS TERENTIAE SVAE S. D.

S. v. b. e. v. Etsi eius modi tempora nostra sunt ut nihil habeam quod aut a te litterarum expectem aut ipse ad te scribam, tamen nescio quo modo et ipse vestras litteras expecto et scribo ad vos, cum habeo qui ferat.

Volumnia debuit in te officiosior esse quam fuit, et id ipsum quod fecit potuit diligenter facere et cautius. Quamquam alia sunt quae magis curemus magisque dolentus, quae me ita conficiunt, ut ii voluerunt qui me de mea sententia detruserunt. Cura ut valeas. Pr. Non. Iun.

XVII Scr. Brundisi a. 706 (48) viii K. Iun.

TVLLIUS TERENTIAE SVAE S. D.

S. v. b. e. v. Si quid haberem quod ad te scriberem, facerem id et pluribus verbis et saepius. Nunc quae sint negotia vides; ego autem quo modo sim adfectus ex Lepta et Trebatio poteris cognoscere. Tu fac ut tuam et Tulliae valetudinem cures. Vale.

XVIII Scr. Formis ix K. Febr. a. 707 (49).

TVLLIUS TERENTIAE SVAE ET PATER SVAVISSIMAE

FILIAE CICERO MATRI ET SORORI S. D. P.

Considerandum vobis etiam atque etiam, animae meae, diligenter puto quid faciat, Romaene sitis an mecum an aliquo tuto loco; id non solum meum consilium est sed etiam vestrum. Mihi veniunt in mentem haec, Romae vos esse tuto posse per Dolabellam, eamque rem posse nobis adiumento esse, si quae vis aut si quae rapinae fieri coepient. Sed rursus illud me movet, quod video omnis bonos abesse Roma et eos mulieres suas secum habere. Haec autem regio, in qua ego sum, nostrorum est cum oppidorum tum etiam praediorum, ut et multum esse mecum et, cum abiuris, commode et in nostris esse possitis. Mihi plane non satis constat adhuc utrum sit melius. Vos videite quid aliae faciant isto loco feminae et ne, cum velitis, exire non licet. Id velim diligenter etiam atque etiam vobiscum et cum amicis considereris. Domus ut propugnacula et praesidium habeat Philotimo dicetis; et velim tabularios institutis certos, ut cotidie aliquas a vobis litteras accipiam; maxime autem date operam ut valentis, si nos vultis valere. viii K. Formis.

XIX Scr. Brundisi ix K. Dec. a. 706 (48).

TVLLIUS TERENTIAE SVAE S. D.

In maximis meis doloribus excruciat me valetudo Tulliae nostrae, de qua nihil est quod ad te plura scribam; tibi enim aequae magnae curae esse certo scio. Quod me proprius vultus accedere, video ita esse faciendum et iam ante fecisset, sed me multa impeditiverunt, quae ne nunc quidem expedita sunt. Sed a Pomponio expecto litteras; quas ad me quam primum perferendas cures velim. Da operam ut valeas.

XX Scr. de Venusino K. Oct. a. 707 (47).

TVLLIUS S. D. TERENTIAE SVAE.

In Tusculanum nos venturos putamus aut Nonis aut postridie. Ibi ut sint omnia parata (plures enim fortasse nobiscum erunt et, ut arbitror, diutius ibi commorabimur); labrum si in balineo non est, ut sit, item cetera quae sunt ad victimum et ad valetudinem necessaria. Vale. K. Oct. de Venusino.

Nunc ut exordio priore sum pollicitus, de multis custodibus loquar: quamquam canis falso dicitur mutus custos. Nam quis hominum clarius, aut tanta vociferatione bestiam vel forem praedicat, quam iste latratus? quis famulus amantior domini? quis fidelior comes? quis custos incorruptior? quis exhibitor iuveniri potest vigilanter? quis denique ultor aut vindictor constantior? Quare vel in primis hoc animal mercari, iniquique debet agricola, quod et villam, et fructus, familiamque, et pecora custodit. Ejus autem paraudi tuendique triplex ratio est: namque unum genus ad versus hominum insidias eligitur; et id villam, quaeque juncta sunt villa, custodit: at alterum propellendis injuriis hominum ac ferarum; et id observat domi stabulum, foris pecora pascentia: tertium venandi gratia comparatur; idque non solum nihil agricolam juvat, sed et avocat, desideremque ab opere suo reddit. De villatico igitur et pastorali dicendum est: nam tenacius nihil pertinet ad nostram professionem. Villae custos eligendus est amplissimi corporis, vasti latratos canorique, ut prius audita maleficum, deinde etiam conspectu terreat, et tamen nonnunquam, ne visus quidem, horribili fremitu suo fuget insidiantem. Sit autem coloris unius, iisque magis eligatur albus in pastorali, niger in villatico: nam varius in neutro est laudabilis: pastor album probat, quoniam est feræ dissimilis, magnoque opus interdum discriminé est in propulsandis lupis sub obscuro mane vel etiam crepusculo, ne pro bestia canem seriat. Villaticus, qui hominum maleficiis opponitur, sive luce clara for adveniret, terribilior niger conspicitur: sive noctu, ne conspicitur quidem propter umbrae similitudinem, quoniam tectus tenebris canis tularem accessum habet ad insidiantem. Probatur quadratus potius quam longus aut brevis, capite tam magno, ut corporis videatur pars maxima, dejectis et propendentibus auribus, nigris vel glaucis oculis acri lumine radianibus, amplio villosaque pectore, latis armis, cruribus crassis et hirtis, cauda brevi, vestigiorum articulis et unguibus amplissimis, qui Graece δρακον appellantur. Hic erit villatici canis status præcipue laudandus. Mores autem neque mitissimi, neque rursus truces atque crudelis; quod illi forem quoque adulantur, hi etiam domesticos invadunt: satis est, severos esse nec blandos, ut nonnunquam etiam conservos irati intusantur, semper excandescant in exteris. Maxime autem debent in custodia vigilantes conspici, nec erronei, sed assidui et circumspecti magis, quam temerarii: nam illi, nisi quod certum compererunt, non indicant: hi vano strepitu et falsa suspicione concitantur. Haec idcirco memoranda credidi, quia non natura tantum, sed etiam disciplina mores facit, ut et quum emendi potestas fuerit, ejusmodi probemus; et quum educabimus domesticos, talibus institutis formemus. Nec multum refert, an villatici corporibus graves et parum velocius sint: plus enim cominus et in gradu, quam eminus et in spatio cursu facere debent: non semper circa septa et intra aedificium consistere, immo ne longius quidem recedere debent, satisque pulchre funguntur officin, si et adveniente sagaciter odorantur, et latrato conterent, nec patiuntur proprius accedere, vel constantius appropinquante violenter invadunt: primum est enim non adtentari, secundum est lassitudine fortiter et perseveranter vindicari. Atque haec de domesticis custodibus; illa de pastoralibus.

Pecuarus canis neque iam strigosus aut pernix debet esse, quem qui damas cervosque, et velocissima sectatur animalis, nec tam obesus aut gravis, quam villa horreque custos: sed et robustus nihilominus, et aliquatenus promptius ac strenuus, quoniam et ad rixam, et ad pugnam, nec minus ad cursum comparatur, quoniam et lupi repellere insidias, et raptorem ferunt consequi fugientem, praedam excutere atque auferre debent: quare status ejus longior productiorque ad hos casus magis babilis est, quam brevis, aut etiam quadratus: quoniam, ut dixi, nonnunquam necessitas exigit celeritate bestiam consecrandam: caeteri artus similes membris villatici canis atque probantur.

Cibaria fere eadem sunt utrique generi praebenda: nam si iam laxa rura sunt, ut sustineant pecorum greges, omnes sine discrimine canes ordeceas farina cum sero commode pascit: si autem surculo consitus ager sine pascuo est, farreo vel triticeo pane satiandi sunt, admisto tamen liquore coctae fabae, sed tepido: nam fervens rabiem creat.

Huic quadrupedi, neque foeminæ neque marxi, nisi post annum permittenda venus est: quae si teneris conceditur, carpit et corpus et vires, animosque degenerat. Primus effuetus partus amoveundus est, quoniam tiruncula nec recte uitrit, et educatio totius habitus austert incrementum. Mares juveniliter usque in annos decem progenerant: post id tempus ineuodis foeminis non videuntur habiles, quoniam seniorum pigra soboles existit. Foeminæ concipiunt usque in annos novem, nec sunt utilles post decimum. Cattulos sex mensibus primis, dum corroborantur, emitti non oportet, nisi ad matrem lusus ac lasciviae causa: postea catenis per diem continendi et noctibus solvere. Nec unquam eus, quorum generosam volumus indolem conservare, patientur alienæ nutricis uberibus elucari: quoniam semper et lac, et spiritus maternus longe magis ingenui atque incrementa corporis auget: quod si effeta lacte deficitur, caprinum maxime conveniet praebeti cattulæ, dum tantum mensium quantuor. Nominibus autem non longissimis appellantur, quo celerius quisque vocatus exaudiat: nec tamen brevioribus, quam quae duabus syllabis enuntiantur, sicuti Graecum est σκύλος, Latinum ferox, Graecum λάγων, Latinum celer: vel foemina, ut sunt Graeca στεφάνη, ἀλεξι, φίλη: Latina, lupa, cerva, tigris. Cattulorum caudas post diem quadragesimum, quam sint editi, sic castrare conveoit: nervus est, qui per articulos spinae protinus usque ad ultimam partem caudæ: is mordicus comprehensus, et aliquatenus eductus abrumptus: quo facio neque in longitudinem cauda foedum capit incrementum, et, ut plurimi pastores affirmant, rabies arcelur, letifer morbus huic generi.

De monibus et medicis canis.

Fere autem per aestatem sic muscis aures canorum exulcerantur, saepe ut totas amittant: quod ne fiat, amaris nucibus contritis linendæ sunt: quod si ulceribus jam præoccupatae fuerint, coctam picem liquidam suillæ adipi mistam vulneribus stillari cooreniet: hoc eodem medicamine contacti ricini decidunt: nam manu non sunt tellendi, ne, ut et ante praedixeram, faciant ulcera. Pulicosæ cani remedia sunt, sive cynamum tritum pari pondere cum verastro, aquaque ministrum et inlinatum; seu cucumeris anguinei succus; vel, si haec non sunt, velut amurca per totum corpus infusa. Si scabies infestabit, gypsi et sesamitum tandem conterito, et cum pice liquida permiscesto, vitiosaque partem linito: quod medicamentum putatur etiam hominibus esse convenientis: eadem pestis, si fuerit vehementior, cedriño liquore abolebitur: reliqua vitia, sicut in caeteris animalibus præcepimus, curanda sunt. Hactenus de minore pecore: mox de villaticis passionibus, quae continent volucrum, pisciumque, et silvestrium quadrupedum curam, sequenti volumine præcipimus.

De asello.

De minore pecore dicturis, Publi Silvine, principium tenebit minor Arcadicu vilis hic vulgarique asellus, cuius plerique rusticarum rerum auctores in eniedis lucidisque jumentis præcipuum rationem volunt esse: nec juris.

C. PLINIUS CANINIO SVO S.

1 Sum ex iis qui mirer antiquos, non tamen (ut quidam) temporum nostrorum ingenia despicio. Neque enim quasi 2 lassa et effeta natura nihil iam laudabile parit. Atque adeo nuper audiu Vergilium Romanum paucis legentem comoediam ad exemplar ueteris comoediae scriptam, tam bene ut 3 esse quandoque possit exemplar. Nescio an noris hominem, quamquam nosse debes; est enim probitate morum, ingenii elegantia, operum uarietate monstrabilis. Scripsit mimibos 4 tenuiter argute uenuste, atque in hoc genere eloquentissime; nullum est enim genus quod absolutum non possit eloquentissimum dici. Scripsit comoedias Menandrum aliquae aetatis eiusdem aemulatus; licet has inter Plautinas Terentianasque numeres. Nunc primum se in ueteri co- 5 moedia, sed non tamquam inciperet ostendit. Non illi uis, non granditas, non subtilitas, non amaritudo, non dulcedo, non lepos defuit: ornauit uirtutes, insectatus est uitia; fictis nominibus decenter, ueris usus est apte. Circa me tantum 6 benignitate nimia modum excessit, nisi quod tamen poetis mentiri licet. In summa extorquebo ei librum legendumque, 7 immo ediscendum mittam tibi; neque enim dubito futurum, ut non deponas si semel sumpseris. Vale.

XXII

C. PLINIUS TIRONI SVO S.

Magna res acta est omnium qui sunt prouinciis praefuturi, 1 magna omnium qui se simpliciter credunt amicis. Lustricius 2 Brutianus cum Montanium Atticinum comitem suum in multis flagitiis deprehendisset, Caesari scripsit. Atticinus flagitiis addidit, ut quem depererat accusaret. Recepta cognitio est; fui in consilio. Egit uterque pro se, egit autem carptim et καρδία κεφάλαιον, quo genere ueritas statim ostenditur. Protulit Brutianus testamentum suum, quod Atticini 3 manu scriptum esse dicebat; hoc enim et arcana familiaritas et querendi de eo, quem sic amasset, necessitas indicabatur. 4 Enumerauit crimina foeda manifesta; quae ille cum diluere non posset, ita regessit, ut dum defenditur turpis, dum accusat sceleratus probaretur. Corrupto enim scribae seruo interceperat commentarios intercederatque, ac per summum 5 nefas utebatur aduersus amicum crimen suo. Fecit pulcherrime Caesar: non enim de Brutiano, sed statim de Atticino perrogauit. Damnatus et in insulam relegatus; Brutianus iustissimum integratatis testimonium redditum, quem quidem 6 etiam constantiae gloria secuta est. Nam defensus expeditissime accusauit uehementer, nec minus acer quam bonus et 7 sincerus adparuit. Quod tibi scripsi, ut te sortitum prouinciam praemonerem, plurimum tibi credas, nec cuiquam satis fidas, deinde scias si quis forte te (quod abominor) fallat, paratam ultionem. Qua tamen ne sit opus, etiam atque etiam attende; 8 neque enim tam iucundum est vindicari quam deoipi miserum. Vale.

XXIII

C. PLINIUS TRIARIO SVO S.

1 Impense petis ut agam causam pertinentem ad curam tuam, pulchram alioqui et famosam. Faciam, sed non gratis. 'Qui fieri potest' inquis 'ut non gratis tu?' Potest: exigam 2 enim mercedem honestiorem gratuito patrocinio. Peto atque etiam pacis or ut simul agat Cremutius Russo. Solitum hoc mihi et iam in pluribus claris adolescentibus factitatum; nam mire concupisco bonos iuuenes ostendere foro, adsignare famae. Quod si cui, praestare Rusoni meo debeo, uel propter 3 natales ipsius uel propter eximiam mei caritatem; quem magni aestimo in isdem iudiciis, ex isdem etiam partibus conspici audiri. Obliga me, obliga ante quam dicat; nam cum 4 dixerit gratias ages. Spondeo sollicitudini tuae, spei meae, magnitudini causae suffecturum. Est indolis optimae breui producturus alios, si interim prouectus fuerit a nobis. Neque 5 enim cuiquam tam clarum statim ingenium ut possit emergere, nisi illi materia occasio, fautor etiam commendatorque contingat. Vale.

XXIV

C. PLINIUS MACRO SVO S.

Quam multum interest quid a quoque fiat! Eadem enim 1 facta claritate uel obscuritate facientium aut tolluntur altissime aut humillime deprimuntur. Nauigabam per Larium 2 nostrum, cum senior amicus ostendit mihi uillam, atque etiam cubiculum quod in lacum prominet: 'Ex hoc' inquit 'aliquando municeps nostra cum marito se praecipitauit.' Causam requisiui. Maritus ex diutino morbo circa uelandia 3

IVN | ORVM
A - (6)

corporis ulceribus putrescebat; uxor ut inspicaret exegit; neque enim quemquam fidelius indicaturum, possetne sanari. Vedit desperauit hortata est ut moreretur, comesque ipsa 4 mortis, dux immo et exemplum et necessitas fuit; nam se cum marito ligauit abiectaque in lacum. Quod factum ne 5 mihi quidem, qui municeps, nisi proxime auditum est, non quia minus illo clarissimo Arriac facto, sed quia minor ipsa. Vale.

XXV

C. PLINIUS HISPANO SVO S.

1 Scribis Robustum, splendidum equitem Romanum, cum Atilio Scauro amico meo Ocrinum usque commune iter peregrisse, deinde nusquam comparuisse; petis ut Scaurus ueniat nosque, si potest, in aliqua inquisitionis uestigia in- 2 ducat. Veniet; uereor ne frustra. Suspicer enim tale nescio quid Robusto accidisse quale aliquando Metilio Crispo mun- 3 cipi meo. Huic ego ordinem impetraveram atque etiam profi- ficienti quadraginta milia nummum ad instruendum se ornandumque donaueram, nec postea aut epistulas eius aur 4 aliquem de exitu nuntium accepi. Interceptusne sit a suis an cum suis dubium: certe non ipse, non quisquam ex seruis 5 eius adparuit, ut ne Robusti quidem. Experiatur ramen, accersamus Scaurum; demus hoc tuis, demus optimi adule- scantis honestissimis precibus, qui pietate mira mira etiam sagacitate patrem querit. Di faueant ut sic inueniat ipsum, quemadmodum iam cum quo fuisset inuenit! Vale.

XXVI

C. PLINIUS SERVIANO SVO S.

1 Gaudeo et gratulor, quod Fusco Salinatori filiam tuam destinasti. Domus patricia, pater honestissimus, mater pari laude; ipse studiosus litteratus etiam disertus, puer simplicitate comitate iuuenis senex grauitate. Neque enim amore 2 decipior. Amo quidem effusc (ita officiis ita reuidentia meruit), iudico tamen, et quidem tanto acris quanto magis amo; tibique ut qui explorauerim spondeo, habiturum te generum quo melior fingi ne uoto quidem potuit. Superest 3 ut auum te quam maturissime similium sui faciat. Quam felix tempus illud, quo mihi liberos illius nepotes tuos, ut meos uel liberos uel nepotes, ex uestro sinu sumere et quasi pari iure tenere contingat! Vale.

XXVII

C. PLINIUS SEVERO SVO S.

Rogas ut cogitem, quid designatus consul in honorem 1 principis censeas. Facilis inuentio, non facilis electio; est enim ex uirtutibus eius larga materia. Scribam tamen uel (quod malo) coram indicabo, si prius haesitationem meam ostendero. Dubito num idem tibi suadere quod mihi debeam. Desi- 2 gnatus ego consul omni hac, etsi non adulazione, specie tamen adulatiois abstinui, non tamquam liber et constans, sed tamquam intellegens principis nostri, cuius uidebam hanc esse praecipuum laudem, si nihil quasi ex necessitate decernem. Recordabar etiam plurimos honores pessimo cuique delatos, 3 a quibus hic optimus separari non alio magis poterat, quam diuersitate censendi; quod ipsum non dissimulatione et sil- entio praeterii, ne forte non iudicium illud meum sed obliuio uideretur. Hoc tunc ego; sed non omnibus eadem placent, 4 ne conueniunt quidem. Praeteres faciendi aliquid non faci- endue ratio cum hominum ipsorum tum rerum etiam ac 5 temporum condicione mutatur. Nam recentia opera maximi principis praebent facultatem, noua magna uera censendi. Quibus ex causis, ut supra scripsi, dubito an idem nunc tibi quod tunc mihi suadeam. Illud non dubito, debuisse me in parte consilii tui ponere, quid ipse fecisset. Vale.

XXVIII

C. PLINIUS PONTIO SVO S.

1 Scio quae tibi causa fuerit impedimento, quominus pre- currere aduentum meum in Campaniam posses. Sed quam- quam absens totus huc migrasti: tantum mihi copiarum qua urbanarum qua rusticarum nomine tuo oblatum est, quae 2 omnes improbe, accepi tamen. Nam me tui ut ita faciem rogarunt, et uerebar ne et mihi et illis irascereris, si non feci- sem. In posterum nisi adhibueritis modum ego adhibebus; et iam tuis denuntiaui, si rursus tam multa attulissent, omnia 3 relatueros. Dices oportere me tuis rebus ut meis uti. Etiam: sed perinde illis ac meis parco. Vale.

Simon Petrus, filius, Joannis¹, provincia Galilee, e vico Bethsaida, frater Andrew apostoli (Matth. iv, 18), et princeps apostolorum, post episcopatum Antiochenis Ecclesie², et predicationem dispersionis eorum qui de circumcisione crediderant, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia et Bithynia (I Petr. i, 1), secundo Claudii imperatoris anno³, ad expugnandum Simonem magnum, Romanum pergit, ibique viginti quinque annis cathedralm sacerdotalem tenuit⁴, usque ad ultimum annum Neronis, id est, decimum quartum. A quo et affixus cruci, martyrio coronatus est, capite ad terram verso⁵, et in sublime pedibus elevatis⁶; asserens se indignum qui sic crucifigeretur ut Dominus suus. Scriptis duas epistolas, quae Catholicæ⁷ nominantur: quarum⁸ secunda a plerisque ejus esse negatur, propter styli cum priore dissonantiam. Sed et Evangelium Juxta Marcum⁹, qui auditor ejus et interpres fuit, hujus dicitur. Libri autem, e quibus unus Actorum ejus inscribitur, alias Evangelii, tertius Predicationis, quartus Apocalypso, quintus Judicij¹⁰, inter apocryphas scripturas repudiantur¹¹. Sepultus Romanus in Vaticano¹², juxta viam Triumphalem totius orbis¹³ veneratione celebratur.

CAPUT II.

Jacobus, qui appellatur frater Domini (Galat. i, 19), cognomento Justus, ut nonnulli existimant¹⁴, Joseph ex alia uxore, ut aucteu*m*ini videtur, Mariam sororis Matris Domini (Joan. xix, 25), cuius Joannes in libro¹⁵ suo meminuit, filius, post passionem Domini¹⁶ statim ab apostolis Hierosolymorum episcopus ordinatus, unam tantum scripsit epistolam, quæ de septem Catholicis est, quæ et ipsa ab alio¹⁷ quondam sub nomine ejus edita asseritur, licet paulatim tempore procedente obtinuerit auctoritatem¹⁸. Illegesippus¹⁹, vicinus apostolicorum temporum, in quinto Commentariorum libro de Jacobo narrans, ait: « Suscepit Ecclesiam Hierosolymorum post apostolos²⁰ frater Domini Jacobus, cognomento Justus. Multi siquidem Jacobi vocabantur. Illic de ultero matris sanctus fuit, vinum et siccram non bibit, carneum nullam comedit, nunquam attensus fuit, nec unctus fuit unguento, nec usus balneo. Huic soli licitum erat²¹ ingredi Sancta sanctorum: siquidem vestibus laneis non utebatur, sed lineis, solusque ingrediebatur templum, et saxis genibus pro populo deprecabatur in tantum, ut camelorum duritatem traxisse ejus genua crederentur. » Dicit et alia multa²², que enumerare longum esset. Sed et Josephus²³ in vicesimo libro Antiquitatum refert, et Clemens in septimo Historiarum, mortuo Festo, qui Iudeam regebat, missum eas a Neroni successorem ejus Albinum, qui cum needum ad provinciam pervenisset, Ananus²⁴, inquit, pontifex, adolescens, Anau filius, de genere sacerdotali, accepit occasione iuxzix, concilium congregavit, et compellens publico Jacobum, ut Christum Dei Filium denegaret, contradicente lapidari jussit. Qui cum precipitatus de pinna templi²⁵, contractis cruribus, adhuc semianimis tendens ad colum manus, diceret: « Domine, ignosce eis, quod enim faciunt, nesciunt (Luc. xxiii, 34); fulvois fuste, quo uia vestimenta exlorqueri solent²⁶, in cerebro percussus interiit. Tradit idem Josephus, tanta eum sanctitatis fuisse et celebritatis in populo, ut propter ejus necem, creditum sit subversam esse Hierosolymam²⁷. Hic est de quo Paulus apostolus scribit ad Galatas: Alium autem apostolorum vidi neminem, nisi Jacobum fratrem Domini (Galat. i, 19). Et apostolorum super hoc cebrius Acta testantur (Act. i, 13; xvi, 18; xv, 13). Evangelium quoque quod appellatur secundum Hebreos²⁸, et a me nuper in Græcum Latinumque sermonem translatum est, quo et Origenes auctor utitur, post resurrectionem Salvatoris refert: « Dominus autem cum dedisset sindonem²⁹ servo sacerdotis, inviit ad Jacobum, et apparuit ei³⁰. Juraverat enim Jacobus, se non corresturum panem ab illa hora quia biberat calicem Domini, donec videret cum resurgentem³¹ a dormientibus. » Illususque post paululum: « Afferte, » ait Dominus, « mensam et panem. » Statimque additur: « Tulit panem et benedixit, ac fregit, et dedit Jacobo Justo, et dixit ei: Frater mihi, comeda panem tuum, quia resor rexit Filius hominis a dormientibus. » Triginta itaque annos Hierosolymorum (scilicet Hierosolymis) rexit Ecclesiam, id est, usque ad septimum Neronis annum³², et iuxta templum ubi et precipitatus fuerat, sepultus est. Titulum usque ad obsidionem Titi, et ultimam Hadriani, notissimum habuit. Quidam e nostris in monte Oliveti eum pulaverunt conditum, sed falsa eorum opinio est³³.

Matthæus, qui et Levi, ex publicano apostolus (Matth. ix, 9; Marc. ii, 14; Luc. v, 27), primus in Iudea propter eos qui ex circumcisione crediderant, Evangelium Christi Hebraicis³⁴ litteris verbisque composuit: quod quis postea in Græcum transtulerit, non satis certum est. Porro ipsum Hebraicum habetur usque hodie in Cesariensi bibliotheca³⁵, quam Pampillus martyr studiosissime confecit. Mibi quoque a Nazaræis, qui in Herœa urbe Syriæ hoc volumine utuntur, descripti facilius fuit. In quo animadvericendum, quod ubiunque evangelista, sive ex persona sua, sive ex persona Domini Salvatoris, veteris Scripturarum testimonialis abutitur, non sequatur Septuaginta Translatorum auctoritatem, sed Hebraicam, e quibus illa duo sunt: Ex Aegypto vocavi filium meum³⁶; et: Quoniam Nazareus vocabitur.

CAPUT IV

Iudas frater Jacobi³⁷ parvam, quæ de septem Catholicis est, epistolam reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apocryphus est, in ea³⁸ assumit testimonium, a plerisque rejicitur, tamen auctoritatem³⁹ vetustate jam et usu meruit, et inter sanctas Scripturas computatur.

CAPUT V.

Paulus apostolus, qui ante Saulus (Act. vii, 57), extra numerum duodecim apostolorum⁴⁰, de tribu Benjamin et oppido Iudea⁴¹ Giscalis fuit, quo a Romanis capto, cum parentibus suis Tarsum Ciliciae commigravit (Act. xxii, 3), a quibus ob studia Legis missus Hierosolymam, a Gamalièle viro doctissimo, cuius Lucas meminuit, eruditus est. Cum autem interfuisset neci martyris Stephanii, et acceptis a pontifice templi epistolis ad persecutulos eos qui Christo crediderant, Damascum pergeret, revelatione compulsus ad fidem, quæ in Actibus apostolorum scribitur, in vas electionis de persecutore translatus est. Cumque primum ad prædicationem ejus Sergius Paulus proconsul Cypri credidisset, ab eo quod eum Christi fidei subeggerat, sortitus est nomen Paulus⁴², et juncto sibi Barnaba, multis urbibus peragrat, revertensque Hierosolymam, a Petro, Jacobo et Joanne gentium Apostolus ordinatur. Et quia in Actibus apostolorum plenissime de ejus conversatione⁴³ scriptum est, hoc tantum dicam, quod post passionem Domini vicesimo quinto anno, id est secundo Neronis⁴⁴, eo tempore quo Festus procurator Iudea successit Felici, Romanum vincitus militat, et bimini in libera manens custodia, adversus Iudeos de adventu Christi quotidie disputavit. Scendum autem in prima satisfactione⁴⁵, needum Neronis imperio robato, nec in tanta erumpente scelera, quanta de eo narrant historie, Paulum a Neroni dimisum, ut Evangelium Christi in Occidentis quoque partibus prædicaretur, sicut ipse scribit in secunda Epistola ad Timotheum, eo tempore quo et passus est, de vinculis dictans Epistolam: In prima mea satisfactione nemo mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt⁴⁶; non eis impuletur. Dominus autem mihi adfuit, et confortavit me, ut per me prædicatio compleretur, et audirent omnes gentes, et liberatus sum de ore leonis (II Tim. iv, 16, 17), manifestissime leonem propter crudelitatem Neronem significans⁴⁷. Et in sequentibus: Liberatus sum⁴⁸ de ore leonis. Et statim: Liberabit me Dominus ab omni opere malo, et salvabit me⁴⁹ in regnum suum ecclæste (Ibid. 18), quod scilicet præsens sibi sentiret iacimere martyrium. Nam et in eadem Epistola præmisserat: Ego enim jam immotor, et tempus resolutionis meæ instat (II Tim. iv, 6). Hic ergo quarto decimo Neronis anno⁵⁰, eodem die quo Petrus Romanus, pro Christo capite truncatur, sepultusque est in via Ostiensi, anno post passionem Domini trigesimo septimo. Scripsit autem novem ad septem Ecclesiæ epistolas, ad Romanos unam, ad Corinthios duas, ad Galatas unam, ad Ephesiacos unam, ad Philippienses unam, ad Colossenses unam, ad Thessalonicenses duas, præterea ad discipulos suos⁵¹, Timotheo duas, Tito unam, Philemoni unam. Epistola autem quæ fertur ad Hebreos, non ejus creditur, propter styli sermonis dissonantiam⁵², sed vel Barnabæ, juxta Tertullianum⁵³, vel Lucæ evangelistæ, juxta quosdam⁵⁴ vel Clementis⁵⁵ Romanæ postea Ecclesiæ episcopi, quem aiunt ipsi adjunctum sententias Pauli proprio ordinasse et ornasse sermone.

CAPUT XXIII.

Ut sanctus papa Gregorius Augustinum cum monachis ad prædicandum genit Anglorum multens, epistola quoque illos exhortatoria ne u laborando cessarent, confortaret.

Siquidem anno ab incarnatione Domini quingen-
tesimo octogesimo secundo, Mauricius ab Augusto
quinquaginta annis quartus imperium suscepit, viginti
et uno [Al., uno et virginis] annis tenuit. Cujus anno
regni decimo [vxcii] Gregorius, vir doctrina et ac-
tui ne præcipius, pontificatum Romanæ et apo-tolica
sediis suritus, retin annos tredecim menses sex, et
dies decem; qui divino admonitus instinctu anno
decimo quartio ejusdem principis, adventus vero
Anglorum in Britaniam anno circiter centesimo
quinquagesimo, misit servum Dei Augustinum, et
alios plures cum eo monachos timentes Domi-
num, prædicare verbum Dei genti Anglorum. Qui
cum jussis pontificalibus obtemperantes, memo-
ratum opus adgredi coepissent, jamque aliquantum
[Al., aliquantum] itineris consecrissent, perculti
timore inerti, redire domum potius, quam barba-
ram, seram, inerudlamque gentem, cuius ne lin-
guam quidem nossent, adire cogitabant, et hoc es e-
tutius communis consilio decernebant. Nec mora,
Augustinum, quem eis episcopum ordinandum si ab
Anglis susiperentur disposuerat, dominum remittunt,
qui a beato Gregorio humili supplicatu obtineret ne
tam periculosam, tam laboriosam, tam incertam
peregrinationem adire deberent. Quibus ille exhor-
tatorias multens litteras, in opus eos verbi, divino
confusis auxilio, proficisci suadet. Quarum videlicet
litterarum ista est forma:

Gregorius servus servorum D:i, servis Domini
nostris.

Quia melius fuerat bona non incipere, quam
ab his quæ coepit sunt cogitatione retrorsum re-
dire, summo studio, dilectissimi filii, oportet in
opus bonum quod, auxilante Domino, coepitis, im-
plicatis. Nec labor vos ergo itineris, nec maledicen-
tum hominum linguae deterrent: sed omni instantia,
omnique servore, quæ inchoastis, Deo auctore,
peragite: scientes quod laborem magnum major
eternæ retributionis gloria sequitur. Itemenii au-
tem Augustino proposito vestro, quem et abbatem
vobis constituimus, in omnibus humiliter obedite:
scientes hoc vestris animabus per omnia profutum,
quidquid a vobis fuerit in ejus admonitione comple-
tum. Omnipotens Deus sua vos gratia protegat, et
vestri laboris fructum in eterna me parta videre
concedat; quatenus etsi vobis laborare nequeo,
simil in gaudio retributionis inveniar, quia laborare,
scilicet, volo. Deus vos incolumes custodiat, dile-
ctissimi filii. Data die decima Kalendarum Augusti-
rum, imperante domino nostro Mauricio Tiberio
piissimo Augusto anno decimo quartio, post consulta-
tum ejusdem domini nostri anno decimo tertio,
indictione decima quarta.

CAPUT XXIV.

*Ut Arelatensi episcopo [Al., archiepiscopo] epistolam
pro eorum susceptione miserit.*

Misit etiam tunc isdem tenerandus pontifex ad
Etherium Arelensem episcopum [vxcvi], ut Au-
gustinum Britaniam pergentem benigne susciperet,
litteras, quarum iste est textus:

Reverentissimo et sanctissimo fratri Etherio
coepiscopo, Gregorius servus servorum Dei.

Licet apud sacerdotes habentes Deo placitam
caritatem religiosi viri nullius commendatione indi-
geant; quia tamen aptum scribendi se tempus in-
gressit, fraternali vestre nostra mittere scripta
curavimus: insinuantes, laores presentium Augus-
tinum servum Dei, de cuius certi sumus studio,
cum aliis servis Dei, illuc [Al., illuc] nos pro utilitate
animorum, auxiliante Domino, direxisse: quem
neesse est ut sacerdotali studio sanctitas vestra
adjuvare, et sua ei solata prebere festinet. Cui
etiam, ut promptiores ad suffragandum possitis
existere, causam vobis injunximus subtiliter indi-
care. Scientes quod, ea cognita, tota vos propter
Deum devotione ad sociandum, quia res exigit,
commodetis. Candidum præterea presbyterum, com-
mune filium, quem ad gubernationem patrimoniali
[Al., patrimoniali] Ecclesie nostræ transmisimus,
caritati vestre in omnibus commendamus. Deus te
incolument custodiat, reverentissime frater. Data
die decima Kalendarum Augustarum, imperante

HISTORIA ECCLESIASTICA

IVN | ORVM
B - (2)

domino nostro Mauricio Tiberio piissimo Augusto,
anno decimo quarto, post consulatum ejusdem da-
mini nostri anno decimo tertio, indictione decima
quarta.

CAPUT XXV.

*Ut veniens Britanniam Augustinus, primo in insula
Tanato, regi Cantuariorum prædicaret; et sic arce-
sta ab eo licetitia, Cantiam prædicaturus intraverit.*

Roratus ergo confirmatione beati Patris Grego-
rii Augustinus cum famulis Christi qui erant cum
eo, rediit in opus verbi, pervenitque Britaniam
[vxcvii]. Erat eo tempore rex Adilberetus in Cantia
potentissimus, qui ad consumum usque Ilumbre
[Al., Ilumbri] fluminis maximi quo Meridiani et
Septentrionales Anglorum populi dirinxuntur, fines
imperii tenebant. Est autem ad Orientalem Cantie
plagam Tanatos insula non modica, id est, magni-
tudinis juxta consuetudinem estimationis Anglorum,
familiarum sexcentarum, quam a continentis terra
accedit Ovius Vantisamu, qui est latitudinis circiter
trium stadiorum, et duobus tantum in locis est
transmeabilis: utrumque enim caput protendit in
mare. In hac ergo adiungit servus Domini Augu-
stinus, et socii eius viri ut ferunt ferme quadraginta.
Acciperunt autem, præcipiente beato papa Gregorio,
et gente Francorum interpretes, et mittentes ad
Adilberetum, mandavit se venisse de Roma, ac
nuncium ferre optimum, qui sibi obtemperantibus,
alterna in caris gaudia, et regnum sine fine cum
Deo vivo et vero futurum, sine ulla dubitate [Al.,
dubitacione] promitteret. Qui, hæc audiens, manere
illos in ea quam adierant insula, et eis necessaria
ministrari donec videret quid eis ficeret, jussit.
Nam et amica fama ad eum Christianæ religionis
perenerat, utpote qui et uxorem habebat Christianam
de gente Francorum regia, vocabulo Bereta
[Al., nomine Beretani]; quam ea conditione a pa-
rentibus accepit, ut ritum fidei ac religionis sue
cum episcopo quem ei adjutorem fidei dederant,
nomine Liudhardo, inviolatum [Al., inviolatam]
servare licentiam haberet.

Post dies ergo [Al., add. aliquot] venit ad insulam
res, et residens sub divo, jussit Augustinum cum
sociis ad suum ibidem advenire colloquium. Caverat
enim ne in aliquam domum ad se introirent, veteri
usus augurio, ne superventu suo, si quid maleficæ
artis habuissent, cum superando deciperent. At illi
non dæmonica [Al., dæmoniaca], sed divina virtute
prædicti veniebant, crocem pro vexillo ferentes argen-
tæam, et imaginem Domini Salvatoris in tabula de-
pictam, latianisque canentes, pro sua simul et
eorum propter quos et ad quos venerant salute
eterna, Domino supplicabant. Cumquo ad iussionem
regis residentes, verbum ei vita, una cum omnibus
qui adierant ejus comitibus prædicarent, respondit
ille dicas: « Pulchra sunt quidem verba et promissa
quæ adseritis; sed quia nota sunt, et incerta, non
his possum ad sensum tribuere, relictis eis quæ tanto
tempore cum omni Anglorum gente servavi. Vgrum
quia de longe hic peregrini venistis, et ut ego mihi
videtur perspexisse, ea quæ vos vera et optima crede-
batis, nobis quoque communicare desideratis; nolu-
mus molesti esse vobis: quin potius benigno vos
hospitio recipere, et quæ victui sunt vestro necessa-
ria, ministrare curamus: nec prohibemus qui om-
nes quos potestis fidei vestre religionis prædicando
societis. » Dedit ergo eis mansionem in civitate
Doruvernensi, quæ imperii sui iulus erat metropolis,
eisque, ut promiserat, cum administratione vicus
temporalis, licentiam quoque prædicandi non absti-
lit. Fertur autem quia adpropinquantes cœstat, more
suo cum cruce saecula, et imagine magni regis Do-
mini nostri Jesu Christi, hauc latianam consona
voce modularentur: Deprecamur te, Domine, in omni
misericordia tua, ut auferatur furor tuus et ira tua a
cœitate ista, et de domo sancta tua, quoniam peccatum.
Alleluia.

CAPUT XXVI.

*Ut idem in Cantia primaria Ecclesie et doctrinam sit
imitatus et vitam, atque in urbe regis scienti episco-
pus accepit.*

At ubi datum sibi mansionem intraverant, cœpe-
runt apostolicam primaria Ecclesie vitam imitari
[vxcviii]; orationibus, videlicet, assiduis, vigiliis, ac
jejunis serviendo,

1. Multa et magna sunt, fratres carissimi, beneficia diuina quibus in salutem nostram Dei patris et Christi larga et copiosa clementia et operata sit et semper operetur, quod conseruandis ac uiuificandis nobis pater filium misit ut reparare nos posset quodque filius, missus, esse et hominis filius uoluit ut nos Dei filios faceret: humiliauit se ut populum qui prius iacebat erigeret, uulnera est ut uulnera nostra curaret, seruuiut ut ad libertatem seruientes extraheret. Mori sustinuit ut immortalitatem mortalibus exhiberet. Multa haec sunt et magna diuinae misericordiae munera. Sed adhuc qualis prouidentia illa et quanta clementia est, quod nobis salutari ratione prospicitur, ut homini qui redemptus est reseruando plenius consulatur. Nam cum Dominus adueniens sanasset illa quae Adam portauerat uulnera et uenena serpentis antiqua curasset, legem dedit sano et praeceperit ne ultra iam peccaret, ne quid peccanti grauius eueneret. Coartati eramus et in angustum innocentiae praescriptione conclusi. Nec haberet quid fragilitatis humanae infirmitas adque inbecillitas faceret, nisi iterum pietas diuina subueniens iustitiae et misericordiae operibus ostensis uiam quandam tuendae salutis aperiret, ut sordes postmodum quascumque contrahimus eleemosynis abluamus.

2. Loquitur in scripturis Spiritus sanctus et dicit: *Eleemosynis et fide delicta purgantur*. Non utique illa delicta quae fuerant ante contracta: nam illa Christi sanguine et sanctificatione purgantur. Item denuo dicit: *Sicut aqua extinguuit ignem, sic eleemosyna extinguuit peccatum*. Hic quoque ostenditur et probatur quia sicut lauacio aquae salutaris gehennae ignis extinguitur, ita eleemosynis adque operationibus iustis delectorum flamma sopitur. Et quia semel in baptismo remissa peccatorum datur, adsidua et iugis operatio baptismi instar imitata Dei rursus indulgentiam largiatur. Hoc et Dominus in euangelio docet. Nam cum denotarentur discipuli eius quod cederent nec prius manus abluissent, respondit et dixit: *Qui fecit quod est intus fecit et quod foris est. Verum date eleemosynam, et ecco uobis munda omnia*, docens scilicet et ostendens non manus lauandas esse sed pectus et sordes intrinsecus potius quam extrinsecus detrahendas, uerum qui purgauerit quod est intus cum quoque id quod foris est repurgasse et emundata mente cute quoque et corpore mundum esse coepisse. Porro autem monens et ostendens unde mundi et purgati esse possimus, addidit eleemosynas esse facendas. Misericors monet misericordiam fieri, et quia seruare quaerit quos magno redemit post gratiam baptismi sordidatos docet denuo posse purgari.

3. Agnoscamus itaque, fratres carissimi, diuinae indulgentiae salubre munus et emundandis purgandise peccatis nostris, qui sine aliquo conscientiae uulnere esse non possumus, medellis spiritualibus uulnera nostra curemus. Nec quisquam sic sibi de puro adque immaculato pectore blandiatur, ut innocentia sua fretus medicinam non putet adhibendum esse uulneribus, cum scriptum sit: *Quis gloriabitur castum se habere cor aut quis gloriabitur mundus esse a peccatis?* et iterum in epistola sua Iohannes ponat et dicat: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus et ueritas in nobis non est*. Si autem nemo esse sine peccato potest et quisque se inculpatum dixerit aut superbus aut stultus est, quam necessaria, quam benigna est diuina clementia, quae cum sciat non deesse sanatis quaedam postmodum uulnera, dedit curandis denuo sanandisque uulneribus remedia salutaria.

4. Numquam denique, fratres dilectissimi, admonitio diuina cessauit et tacuit quominus in scripturis sanctis tam ueteribus quam nouis semper et ubique ad misericordiae opera Dei populus prouocaretur et canente adque exhortante Spiritu sancto quisque ad spem regni caelestis instruunt facere eleemosynas iuberetur. Blandat et praecipit Esaiæ Deus: *Exclama, inquit, in fortitudine et noli parere. Sicut tuba exalta vocem tuam, adnuntia plebi meae peccata ipsorum et domini Jacob facinora eorum*. Et cum peccata eis sua exprobrari praecipisset cumque eorum facinora pleno indignationis inpetu protulisset dixissetque eos nec si orationibus et precibus et ieuniis uterentur, satisfacere pro delictis posse, nec si in cilicio et cinere uoluerentur, iram Dei posse lenire, in nouissima tamen parte demonstrans solis eleemosynis Deum posse placari addidit dicens: *Frang esurienti panem tuum et egenos sine tecto induc in domum tuam. Si uideris nudum, uesti et domesticos seminius tui non despicies. Tunc erumpet temporaneum lumen tuum et uestimenta tua cito orientur, et praebet ante te iustitia et claritas Dei circumdabit te. Tunc exclamabis, et Deus exaudiet te. Dum adhuc loqueris, dicit: ecce adsum*.

5. Remedia propitiando Deo ipsis Dei uerbis data sunt, quid deberent facere peccantes magisteria diuina docuerunt, operationibus iustis Deo satisficeri, misericordiae meritis peccata purgari. Et apud Salomonem legimus: *Conclude eleemosynam in corde pauperis, et haec pro te exorabit ab omni malo*. Et iterum: *Qui obturat aures ne audiat inbecillum, et ipse iniucabit Deum et non erit qui exaudiat eum*. Neque enim mereri Dei misericordiam poterit qui misericors ipse non fuerit aut inpetrabit de diuina pietate aliquid in precibus qui ad precem pauperis non fuerit humanus. Quod item in psalmis Spiritus sanctus declarat et probat dicens: *Beatus qui intellegit super egenem et pauperem, in die malo liberabit illum Deus*. Quorum praceptorum memor Daniel cum rex Nabuchodonosor aduerso somnio territus aestuaret, auertendis malis ac diuina ope inpetrandis remedium dedit dicens: *Properea, rex, consilium meum placeat tibi, et peccata tua eleemosynis redime et iniusticias tuas miserationibus pauperum, et erit Deus patientis peccatis tuis*. Cui rex non obtemperans aduersa quae uiderat et infesta perpessus est: quae euadere et uitare potuisset, si peccata sua

eleemosynis redemisset. Raphael quoque angelus parva testatur et ut eleemosyna libenter ac largiter fiat hortatur dicens: *Bona est oratio cum ieunio et eleemosyna, quia eleemosyna a morte liberat et ipsa purgat peccata*. Ostendit orationes nostras ac ieunia minus posse, nisi eleemosynis adiuuentur, deprecationes solas parum ad impetrandum ualere, nisi factorum et operum accessione satientur. Reuelat angelus et manifestat et firmat eleemosynis petitiones nostras efficaces fieri, eleemosynis uitam de periculis redimi, eleemosynis a morte animas liberari.

6. Nec sic, fratres carissimi, ista proferimus, ut non quod Raphael angelus dixit ueritatis testimonio conprobemus. In Actis apostolorum facti fides posita est, et quod eleemosynis non tantum a secunda sed et a prima morte animae liberantur, gestae et inpletac rei probatione conpertum est. Tabitha operationibus iustis et eleemosynis praestandis plurimum dedita cum infirmata esset et mortua, ad cadauer exanimae Petrus accitus est. Qui cum in pigre pro apostolica humanitate uenisset, circumsteterunt eum uiduae flentes et rogantes, pallia et tunicas et omnia illa quae prius sumperant indumenta monstrantes nec pro defuncta suis uocibus sed ipsius operibus deprecantes. Sensit Petrus impetrari posse quod sic petebatur nec defuturum Christi auxiliū uiduū deprecantibus, quando esset in uiduū ipse uestitus. Cum itaque genibus nixus orasset et uiduarum ac pauperum idoneus aduocatus legatas sibi preces ad Dominum pertulisset, conuersus ad corpus quod in tabula iam lotum iacebat. *Tabitha, inquit, exurge in nomine Iesu Christi*. Nec defuit Petro quominus statim ferret auxilium qui in euangelio dari dixerat quicquid fuisse eius nomine postulatum. Mors itaque suspenditur et spiritus redditur et mirantibus ac stupentibus cunctis ad hanc mundi denuo lucem rediuiuum corpus animatur. Tantum potuerunt misericordiae merita, tantum opera iusta ualuerunt. Quae laborantibus uiduū largita fuerat subsidia uiuendi meruit ad uitam uiduarum petitione reuocari.

7. Itaque in euangelio Dominus doctor uitae nostrae et magister salutis aeternae uiuificans creditum populum et uiuificatis consulens in aeternum inter sua mandata diuina et praecpta caelestia nihil crebrius mandat et praecipit quam ut insistamus eleemosynis dandis nec terrenis possessionibus incubemus sed caelestes thensauros potius recondamus. *Venite, inquit, res uestras et date eleemosynam, et iterum: Nolite uobis condere thensauros super terram, ubi tinca et comestura exterminat et ubi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate autem uobis thensauros in caelo*. Vbi neque linea neque comestura exterminat et ubi fures non effodiunt. Vbi enim furit thensaurus tuus, illuc erit et cor tuum. Et cum obseruata lege perfectum et consummatum uellet ostendere. *Si uis, inquit, perfectus esse, uade et uende omnia tua et da egenis, et habebis thensaorum in caelo, et ueni sequere me*. Item alio loco negotiatorem caelestis gratiac et comparatorem salutis aeternae distractis omnibus rebus suis pretiosam margaritam, hoc est uitam aeternam, Christi cruxem pretiosam de-quantitate patrimonii sui dicit debere mercari. *Simile est, inquit, regnum caelorum homini negotianti quaerenti bonas margaritas. Vbi autem inuenit pretiosam margaritam, abiit et uendidit omnia quae habuit et emi illam*.

8. Eos denique et Abrahae filios dicit quos in iuuandis alienisque pauperibus operarios cernit. Nam cum Zachaeus dixisset: *Ecce dimidium ex substantia mea do egenis et si cui quid fraudavi quadruplum reddo*, respondit Iesus quia: *Salus hodie domini huic facta est, quoniam et hic filius est Abrahae*. Nam si Abraham credidit Deo et deputatum est ei ad iustitiam, utique qui secundum praeceptum Dei eleemosynas facit Deo credit: et qui habet fidei ueritatem seruat Dei timorem: qui autem timorem Dei seruat in miserationibus pauperum Deum cogitat. Operatur enim ideo quia credit, quia scit uera esse quae praedicta sunt uerbis Dei nec scripturam sanctam posse mentiri, arbores infructuosas, id est steriles homines, excidi et in ignem mitti, misericordes ad regnum uocari. Qui et alio in loco operarios et fructuosos fideles appellat, infructuosis uero et sterilibus fidem derogat dicens: *Si in iniusto mammona fideles non fuistis, quod est uerum quis credet nobis? Et si in alieno fideles non fuistis, uestrum quis dabit nobis?*

9. Sed uereris et metuis ne si operari plurimum cooperis patrimonio tuo larga operatione finito ad penuriam forte redigaris: esto in hac parte intrepidus, esto securus. Finiri non potest unde in usus Christi impenditur, unde opus caeleste celebratur. Nec hoc tibi de meo spondeo sed de sanctarum scripturarum fide et diuinæ pollicitationis auctoritate promitto. Loquitur per Salomonem Spiritus sanctus et dicit: *Qui dat pauperibus numquam egebit: qui autem auerit oculum suum in magna penuria erit, ostendens misericordes adque operantes egere non posse, magis parcos et steriles ad inopiam postmodum deuenire*. Item beatus apostolus Paulus dominicae inspirationis gratia plenus. Qui administrat, inquit, semen seminanti et panem ad edendum praestabit et multiplicabit seminationem uestram et augebit incrementa frugum iustitiae uestrae, ut in omnibus locupletemini. Et iterum: *Administratio huius officii non tantum supplebit ea quae sanctis desunt, sed et abundabit per multam gratiarum actionem in Domino*: quoniam dum gratiarum actio ad Deum pro eleemosynis adque operationibus nostris pauperum oratione dirigitur, census operantis Dei retributione cumulatur.

Ad LANFRANCUM archiepiscopum Cantuariensem.

Epistolae

De ipsius in archiepiscopum electione gratulator. - Scyphum sibi donatum ei reddit. - Epistolem brevissimam fratribus Beccensibus Cantuariae degentibus desitatem adiungit.

Suo domino et suo patri, multum cum amore catholicis reverendo et cum reverentia amando archiepiscopo LANFRANCO: frater ANSELMUS suus totus.

»Gloria in excelsis deo», qui fidei et sapientiae vestrae lucernam in eminenti constituit candelabro, »ut luceat omnibus qui domo eius sunt». Oramus itaque omnipotentem deum ut illa sic ardeat, ut non consumatur; sic luceat aliis, ut sibi numquam extinguitur. Ut post sue lucis diuturnam Anglis impartitionem transferatur ad divinae lucis aeternam cum angelis participationem. Sicut enim bona nostra, si qua sunt, esse vestra optamus, ita vestra, quaecunque sunt, esse non nostra nequaquam putamus. Quamvis namque tot rerum inopinatae mutatione saepe vos mihi coocentur subtrahere, nullatenus tamen poterunt, ut non dicam cohaerentes animas nostras ab invicem distrahere, certe adhaerentem animam meam a vobis abstrahere. Quapropter, ut taceam quod vos scitis et ego non dubito, quia quem interiorem sinu geritis, minime potestis fugere: utique eum, qui vos quocumque eatis prosequitur et ubicumque maneat amplectitur, non penitus valetis deserere.

Scyphum carum quem cariori carissimi dedidit, sicut dominus HERNOSTUS mihi retulit, velle vos hilari benignitate et amica confidentia dixisti. Donum igitur vestrum nequaquam vobis reddo, ne quo modo minus vobis reddar obnoxius; sed libentissime vobis dono quod in mundo carius possideo.

Legant dilectissimi fratres nostri qui vobiscum sunt, post litteras vestrae sublimitati directas hanc brevissimam et sufficientem sibi missam nostram epistolam: Desiderium vestri mihi semper crescit, et amor cuius olim mihi concisi suavis, numquam decrescit.

Ad FRODELINAM.

Amicillam et communionem meritorum peti.

Dominac eximiae et merito sanctitatis cum amore reverendac, cum reverentia amanda FRODELINAE: frater ANSELMUS Beccensis, vita peccator, habitu monachus, servus servorum et ancillarum dei, vitae praesentis perseveranter crescentem sanctitatem et vitae futurae aeternam felicitatem.

Postquam odorem vestrae bonae famae, quae longe lateque suaviter redolens circumvolat, persensi, semper desideravi ad vestram notitiam aliqua commoda occasione pervenire, ut per notitiam mererer aliquatenus ad amicitiam pertingere. Ut qui bonis meis meritis me video valde indigere, vestris me possem aliquantulum per caritatis communionem misere. Sed gratias ago deo quia, dum hanc voluntatem gererem et voluntatis effectum cupidus expectarem, intimatum est mihi per communem in Christo fratrem et amicum nostrum, dominum HUCONEM, inclusum Cadumensem, quia sanctitas vestra non dissimili affectu similem de se apud me praestolaretur eventum. Quapropter quoniam comperior et compierens gaudeo Christum desideria nostra, quae novit ex sua nasci dilectione, nobis ignorantibus exaudiisse, atque nos etiam nescientes paribus votis similique dilectione iunxit: iam non timens notam praeceptionis mitto vobis litteras meas per confidentiam mutuae dilectionis.

Et quidem, domina carissima - et ideo domina et carissima, quia vitae meritis valde praestantior -, ego scio in me vel nihil vel minimum aliquid esse, quod dignum sit ad augmentum vestrae sanctitatis expectari. Quoniam tamen vestris maioribus bonis desidero participare, nescio qua fronte possum vobis participationem meorum bonorum, qualiacunque sint, cum eam desideretis, negare. Si quid igitur boni IESUS Christus dominus noster in me operatus aut operatus est, oro ego et concedat ipse secundum veram dei et proximi caritatem, ut vobis non aliter quam mihi imputetur. Peto etiam, licet mea merita nequaquam vestris possint sequari, ut vestra beatitudo me secundum caritatem suorum mentorum communioni aliquatenus dignetur admittere.

Quanvis mens vestra divino spiritu ferventer afflata non indigeat, deberem tamen ego pro debito meae professionis aliquam exhortationem scribere vestrae sanctitati, nisi epistolae timerem prolixitatem. Quod debitum donet deus, ut aliquando vel colloquendo vel scribendo persolvam. Omnipotens dominus sic vos in temporali vita ab omnibus malis custodiatur, ut vos post hanc vitam in aeternis bonis constituant, domina multum in Christo amanda et veneranda. Ipse sic invicem me vestri et vos mei memores in suo amore faciat, ut et illi placeat et nobis ad vitam prosit aeternam: Amen.

Ad LAMBERTUM et FOLCERALDUM avunculos.

Ut per nobilem epistolae latorem se de statu incolumentis doceant ab ipsis petit.

Suis reverendis dominis, dulcissimis nutritoribus, dilectissimis avunculis LAMBERTO et FOLCERALDO: frater ANSELMUS sic transire per bona temporalia contemnendo, ut maneat in aeternis perfruendo.

Utinam in legendu epistolam meam sentiant avunculi mei, quem affectum in dictando eam testantur oculi mei. Velocior enim fuit in ipso initio animus meus lacrimas exprimere, quam stilus meus litteras imprimerem. Sicut

Ad HENRICUM monachum.

Miratur quod HENRICUS Roma rediens Beccum non adierit.

Domino et fratri HENRICO: frater ANSELMUS salutem.

Cum Romam tendentes transistis prope nos, mirantes doluumus quia non potius per nos, donec audivimus hoc vobis prohibitum esse in eundo, sed concessum in redeundo. Expectavimus igitur, dominus abbas et ego et alii fratres et dilectores vestri, adventum vestrum, spe falsa gaudentes, donec didicimus vos in Anglicam terram pertransisse, desperatione vera dolentes. Quod quamquam ego non sine aliqua rationabili causa factum esse, si bene vestram novi dilectionem, non credam: tamen ne qua - quod abuit - vel contemptus vel modici amoris erga monasterium et fratres vestros de vobis maneat suspicio, mandate mihi quid alius respondeam, cur vestra nos in eundo et redeundo non visitatos praeterit dilectio. Sicut enim desidero vos nihil operari quod vobis non expedit, ita nolo quemquam de vobis aliquid opinari nisi quod vos deceat. Innotescat etiam amico vestro, si quid de re, pro qua animum vestrum et aliorum verbis et vestris litteris valde sollicitum, ut parentes inviseretis, agnovi, effecisti, quatenus sciatis, utrum vobis debeatem compati vel congaudere.

Ad RICARDUM et ROHAIDEM.

De beneficiis gratias agit, et fratres, quos eorum iussu in Angliam mittit, commendat.

Suo carissimo domino RICARDO et sua carissimae dominac ROHAIDI: frater ANSELMUS et frater RICARDUS, parvulus monachus, cum tota congregatione Beccensi salutem et fideles orationes.

Magnas gratias reddimus in primis deo, a quo est omnis bona voluntas et pro cuius amore omnia bona nobis sunt; deinde vobis pro omnibus bonis quae nobis facitis et promittitis. In hoc enim monstratis bene quia amor vester, quem semper habuistis ad nostrum monasterium, numquam decrescit, sed plus et plus crescit. Quanto enim plura bona nobis facitis et promittitis, tanto certiorem amorem ostenditis. Omnipotens deus et sancta mater eius MARIA, quos cotidie rogamus pro vobis et pro quorum amore nobis facitis omnia: illi vobis retribuant in regno caelorum.

Fratres nostros vobis mittimus, sicut iussistis. Commandamus ergo vobis illos, ut sicut vadunt in Angliam vestra iussione et vestra spe, ita omnia sit in vestra cura et vestra providentia, quid illi faciant aut quomodo aut unde vivant.

Ad HERNOSTUM monachum.

Morro laborem consolatur.

Domino et fratri carissimo HERNOSTO: frater ANSELMUS salutem corporis quanta expeditat, et animae quanta sufficiat.

Infirmatus tue nimis ingravatam molestiam, mi dilecte parter et dilector, prius quorundam narratione, deinde litterarum tuarum lectione cognovi. Quia de re ut taceam quantam assumptionem in animam meam compassionem, testis est mihi conscientia quia liberenter ipsam totam transumerem in corpus meum passionem. Sed cum certum sit quia »flagellat« »deus omnem filium quem recipit«, miro quodam modo eadem me caritas et quia flagellis attenuat, impellit ad compassionem, et quia ad haereditatem eruditis, invitat ad congratulationem.

Pensandum enim nobis est, carissime, quantam secum ferant dolores illi consolationem, qui dum exterior nostra delicta purgant, quibus exterior cruciatu intenduntur, ad filiorum dei nos transferunt sortem, quibus superni regni gaudia promittuntur. Ut dum exterior homo noster, quem cotidie necesse est corrupti, flagellarum pondere pressus gemendo suspirat: interior homo noster, quem de die in diem oportet renovari, peccatorum gravamine elevatus exultando respiret. Quod nimis tunc proveniet, si interior homo in exterioris afflictione non per impatientiam resultaverit, sed per gratiarum actionem caedentis manui coassenterit. Cum enim semper placeamus omnipotenti deo, quotiens eius dispositionibus in nullo dissonamus, tum maxime placamus misericordem dominum, si vapulantes verberant sponte consonamus. Cum enim omnis ira non nisi in adversantem se exerat: si se reus offendit per concordem de se sententiam consociet, necesse est ut irascentis motus defereat, quoniam iam adversarium non inventat quem feriat.

Quapropter, carissime, cum scriptum sit quia »oportet nos per multas tribulationes introire in regnum dei«: cum flagellarnur, inter nos et deum beati IOB teneamus sententiam, qui nimis circumscriptus doloribus dicebat: »Haec mihi sit consolatio, ut affligens me doloribus non parcat«.

enim nec temporum diuturnitas nec locorum longinquitas corpori meo valuit adiungere, quod nascendo de genere vestro incepit et quod crescendo de nutrimento vestro accepit: sic nulla sollicitudo, nulla occupatio animae meae potuit minuere amorem vestri, quem et natura et beneficio concepit.

IN PSALMVM LXVI

ENARRATIO.

SERMO AD PLEBEM.

1. Meminit Caritas uestra, in duobus psalmis qui iam tractati sunt, exhortatos nos fuisse animam nostram ut benediceret Dominum, et pio cantu dixisse : *Benedic anima mea Dominum.* Si ergo hortati sumus in illis psalmis animam nostram ut benediceret Dominum, in hoc psalmo recte dicitur : *Deus misereatur nostri et benedic nos.* Benedic anima nostra Dominum, et Deus benedic nos. Cum benedicit nos Deus, nos crescimus, et cum benedicimus nos Dominum, nos crescimus ; utrumque nobis prodest. Non augetur ille benedictione nostra, nec minuitur maledictione nostra. Qui male-dicit Domino, ipse minuitur ; qui benedicit Dominum, ipse augetur. Prior est in nobis benedictio Domini, et consequens est ut et nos benedicamus Dominum. Illa pluvia, iste fructus est. Ergo redditur tamquam fructus agricultae Deo, compluenti nos et colenti. Cantemus ista deuotione non sterili, non inani uoce, sed uero corde. Apertissime enim Deus Pater dictus est agriculta. Apostolus dicit : *Dei agricultura estis, Dei aedificatio estis.* In rebus huius mundi uisibilibus, uitis non est aedificium, et aedificium non est uinea ; nos autem uinea Domini sumus, quia colit nos ad fructum ; aedificium Dei sumus, quia qui colit nos habitat in nobis. Et quid ait idem apostolus ? *Ego plantavi, Apollo rigauit ; sed Deus incrementum dedit.* Ergo neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat ; sed qui incrementum dat Deus. Ille ergo incrementum dat. Numquid forte isti sunt agricultae ? Agriculta enim dicitur qui plantat, qui rigat ; dixit autem apostolus : *Ego plantavi, Apollo rigauit.* Quaerimus unde ipse hoc fecerit ? Respondet apostolus : *Non ego autem ; sed gratia Dei tecum.* Ergo quocumque te ueteris, siue per angelos, Deum inuenies agricultam tuum, siue per prophetas, ipse est agriculta tuus ; siue per apostolos, eumdem ipsum agnosce agricultam tuum. Quid ergo nos ? Fortasse operari sumus agricultae illius, et hoc ipsum ab ipso imparitatis uiribus, et ab ipso donata gratia. Ipse ergo et colit, et incrementum dat. Agriculta autem homo uineam colit hactenus, ut aret, putet, adhibeat cetera quae pertinent ad agricultarum diligentiam ; pluere uineae suae non potest. Quod si forte irrigare potest, de cuius potest ? Ipse quidem dicit in riuim, sed Deus implet fontem. Postremo in uineas sua incrementum dare sarmenis non potest, formare fructus non potest, modificare semina non potest, tempora gignendi temperare non potest. Deus autem qui omnia potest, agriculta noster est ; securi sumus. Forte ait aliquis : Tu dicis agricultam nostrum esse Deum ; immo ego apostolos agricultas dico, qui dixerunt : *Ego plantavi, Apollo rigauit.* Si ego dico : nemo credit ; si Christus dicit : uae qui non credit. Quid ergo Dominus Christus ait ? *Ego sun uitis, uos sarmenta, Pater meus agriculta.* Sitiat ergo terra, et edat uoces sitis suaes ; quoniam scriptum est : *Anima mea sicut terra sine aqua tibi.* Dicat ergo terra nostra, nos ipsi, pluuiam Dei desiderans : *Deus misereatur nostri et benedic nos.*

2. Illuminet uultum suum super nos. Quaesitus eras fortasse quid est : *benedic nos.* Multis modis se uolunt homines benedici a Deo : aliis benedici se uult, ut habeat plenam domum necessariis rebus huic uitae ; aliis benedici se cupit, ut obtinat salutem corporis sine labore ; aliis benedici se uult, si forte aegrotat, ut reparat sanitatem ; aliis desiderans filios, et forte contristatus quod non nascantur, benedici se uult ut habeat posteritatem. Et quis enumeret diuersa uota hominum se a Domino Deo benedici cupientium ? Quis autem nostrum dicturus est non esse illam Dei benedictionem, si uel agricultura ei fructum ferat, uel domus cuiusque abundet copia rerum temporalium, uel ipsa corporis salus, aut teneatur ne amittatur, aut amissa reparetur ? Fecunditas etiam feminarum, et casta uota filios desiderantium, ad quem pertinet nisi ad Dominum Deum ? Qui enim creauit quando non erat, ipse prolis successu facit permanere quod condidit. Facit haec Deus, donat haec Deus. Parum est nobis dicere : Facit haec Deus, donat haec Deus ; sed solus facit, solus donat. Quid si enim facit haec Deus, sed facit haec et aliquis non Deus ? Facit haec, et solus facit. Et sine causa ista petuntur uel ab hominibus, uel a daemonibus ; et quaeque bona accipiunt inimici Dei, ab illo accipiunt ; et cum ab aliis petunt, cum accipiunt, nescientes ab illo accipiunt. Quomodo cum puniuntur, et putant se ab aliis puniri, nescientes ab illo puniuntur, sic et cum uegetantur, implentur, saluantur, liberantur ; etsi hoc nescientes, uel hominibus, uel daemonibus, uel angelis tribuunt, non habent nisi ab illo, penes quem potest est omnium. Ad hoc dixerimus haec, fratres, ut quisquis etiam ista terrena forte, uel propter supplementa necessitatis, uel propter aliquam infirmitatem desiderat, nonnisi ab illo desideret, qui est fons omnium bonorum, et creator et recreator uniuersorum.

3. Sed alia sunt dona quae dat Deus et inimicis suis, alia quae non seruat nisi amicis suis. Quae sunt dona quae dat inimicis suis ? Ea quae numeraui. Non enim soli boni plenas habent domos rebus necessariis ; aut soli boni, uel salui sunt, uel ab aegritudine conualescent ; aut soli boni filios habent, soli boni pecuniam, soli boni cetera apta huic uitae temporali atque transiunt. Habent haec et mali, et aliquando desunt bonis ; sed desunt et malis, et plerumque istis magis quam illis ; aliquando illis quam istis potius abundant. Permixta ista temporalia Deus esse uoluit ; quia si bonis solis ea daret, putarent et mali propter haec coendum Deum ; rursus si ea solis malis daret, timerent boni infirmi conuerti, ne ista illis forte deessent. Est enim adhuc anima infirma minus capax regni Dei ; nutrire illam debet Deus agriculta noster. Nam et quae arbor iam tempestates robore sustinet, cum de terra

ENARRATIONES

IN PSALMOS

IVNIGRVM
B - (5)

nasceretur, herba erat. Nouis ergo ille agriculta non soluni robustas arbores putare atque purgare, sed etiam teneras in recenti ortu sepire. Propterea, dilectissimi, ut dicere coeparam, si solis bonis darentur ista, omnes propter haec accipientia uellent conuerti ad Deum ; rursus si solis malis darentur, timerent infirmi, ne cum conuerterentur, amitterent quod soli mali haberent. Permixte data sunt et bonis et malis. Rursus si solis bonis auferrentur, idem ille timor esset infirmorum, ne conuerterentur ad Deum ; rursus si solis malis auferrentur, ipsa sola poena putaretur qua mali plectuntur. Quod ergo dat ea bonis, consolator itinerantes ; quod dat ea et malis, admonet bonos ut alia desiderent, quae non habent cum malis communia. Rursus bonis auferat ea quando uult, ut interrogent se de suis uiribus ; et inueniant se, qui forte latebant se, utrum iam possint dicere : *Dominus dedit, Dominus abstulit ; sicut Dominus placuit, ita factum est ; sit nomen Domini benedictum.* Benedixit enim et illa anima Dominum, et reddidit fructus compluta sagina benedictionis. *Dominus dedit, Dominus abstulit ;* subtraxit data, sed non subtraxit datorem. Anima benedicta omnis simplex, non haerens rebus terrenis, nec uisco implicatis pennis iacens, sed exerto nitore uirtutum, in geminis alii geminae dilectionis exsultat in auras liberas ; et uidet sibi subtractum esse quod calcabat, non ubi incumbebat ; et dicit secura : *Dominus dedit, Dominus abstulit ; sicut Dominus placuit, ita factum est ; sit nomen Domini benedictum.* Dedit, et abstulit ; manet qui dedit, et abstulit quod dedit : sit eius nomen benedictum. Ad hoc ergo ista auferuntur bonis. Sed ne quis forte infirmus diceret : Quando ego esse possum tantae uirtutis, quantae sanctus Iob ? Robur miraris arboris, quia modo nata es ; haec magna quam miraris, sub cuius ramis et umbra refrigeraris, uirga fuit. Sed times ne tibi auferantur haec, cum talis fueris ? Adtende quia auferuntur et malis. Quid te ergo differt a conuersione ? Quod bonus times amittere, forte malus amissurus es. Si bonus ea perdidis, adest consolator qui abstulit ; arca exinanita est auro, cor plenum est fide ; foris pauper es, sed intus diues es ; diuitias tecum portas quas non amitteres, etiamsi de naufragio nudus exires. Quod ergo forte perditurus es malus, cur non bonum te inuenit damnum, quandoquidem uides et malos pati damnum ? Sed maiore illi damno feriuntur ; inanis est domus, inanior conscientia est. Quisquis malus ista perdidis, non habet foris quod teneat, non habet intus ubi requiescat. Fugit hic ubi damnum passus est, ubi se ad oculos hominum de diuinitiarum ostentatione iactabat ; iam se in oculis hominum iactare non potest ; ad se intro non redit, quia nihil habet. Non est imitatus formicam ; non sibi collegit grana, cum adest es. Quid dixi, cum adest es ? Cum es sit uite tranquillitas, cum esset sacculi huius erga illum prosperitas, quando ei uacabat, quando felix uocabatur ab omnibus, adest es. Imitatus formicam, si audiret uerbum Dei ; colligeret grana, et intus recondenter. Venerat tentatio tribulationis, superuenerat hiems torporis, tempes-tas timoris, frigus tristitiae, siue dampnum es, siue aliquod salutis periculum, siue aliqua orbitas suorum, siue aliqua exhortatio et humiliatio ; hiems erat : redit formica ad id quod aestate collegit ; et intus in secreto suo, ubi nemo uidet, aestiu laboribus recreatur. Quando sibi ista colligebat aestate, uidebant omnes ; cum his pascitur hieme, nullus uidet. Quid est hoc ? Vide formicam Dei : surgit quotidie, currit ad ecclesiam Dei, orat, audit lectionem, hymnum cantat, ruminat quod audiuit, apud se cogitat, recondit intus grana collecta de area. Haec ipsa quae modo dicuntur qui prudenter audiunt, hoc agunt, et ab omnibus uidentur procedere ad ecclesiam, redire de ecclesia, audire sermonem, audire lectionem, inuenire librum, aperire et legere : omnia ista uidentur, cum fiunt. Formica illa est conterens iter, portans et recondens in conspectu cernentium. Venit hiems aliquando ; cui enim non uenit ? Accidit damnum, accidit orbitas ; ceteri miserantur forte ut miserum, qui non norunt quid intus habeat formica quod comedat, et dicunt : Miser ille cui hoc accidit, aut ille cui hoc accidit ; quid illi credis animi esse ? quomodo confectus est ! Metitur ex se, compatitur ex uiribus suis, et ideo fallitur, quia mensuram qua se metitur, uult afferre ad eum quem non nouit. Vides illum passum damnum, aut humiliatum, aut orbitate percussum ; quid credis ! Iste aliquid mali fecit, ut hoc illi contingere. Tale cor habeant, talem animum inimici mei. Ignoras, o homo : uere tu tibi inimicus es, qui per aestate tibi non colligis quod iste collegit. Modo intus formica comedit labores aestate ; sed eam colligentem uidere poteras ; manducantem uidere non potes. Ista, fratres, quantum Dominus dedit, quantum suggerere et imbuere dignatus est infirmitatem et humiliatem nostram, quantum capimus pro modulo nostro, diximus, quare det Deus omnia ista permixta et bonis et malis, et quare auferat et bonis et malis. Dedit tibi : non extollaris ; abstulit tibi : non frangaris. Times ne auferat bono ; potest auferre et malo ; melius ergo bonus quod Dei est amittis, sed Deum tenes. Sic ergo et ille malus ; ipsum hortamur : Passurus es damnum (quis non passurus est orbitatem ?) ; aliquis casus irruet, aliqua calamitas de transuerso, undecimque plenus est mundus, exempla non cessant ; loquor tibi in aestate, grana quae colligas non desunt ; adtende ad formicam. o piger ; collige aestate cum potes ; hiems colligere te non sinet, sed manducare quod collegeris. Quam multi enim tribulationem ita patiuntur, ut non eis uacet, nec legere aliquid, nec audiire aliquid ; nec forte admittuntur ad eos qui eos consolentur. Remansit formica in cauerna ; uideat si collegit aliquid aestate, quo se auocet hieme.

4. Sed modo quia benedicit nos Deus, quare benedicit nos ? quam benedictionem petit haec uox : *Vt benedic nos*

DE HOMINE ET PORTENTIS

DE HOMINE ET PARTIBVS EIVS. Natura dicta ab eo quod 1 nasci aliquid faciat. Gignendi enim et faciendi potens est. Hanc quidam Deum esse dixerunt, a quo omnia creata sunt et existunt. Genus a gignendo dictum, cui derivatum nomen a 2 terra, ex qua omnia gignuntur; γῆ enim Graece terra dicitur. Vita dicta propter vigorem, vel quod vim teneat nascendi atque 3 crescendi. Vnde et arbores vitam habere dicuntur, qui gignuntur et crescunt. Homo dictus, quia ex humo est factus, 4 sicut [et] in Genesi dicitur (2, 7): 'Et creavit Deus hominem de humo terrae.' Abusive autem pronuntiatur ex utraque substantia totus homo, id est ex societate animae et corporis. Nam proprie homo ab humo. Gracci autem hominem ἄθρω 5 πον appellaverunt, eo quod sursum specter sublevatus ab humo ad contemplationem artificis sui. Quod Ovidius poeta designat, cum dicit (Metam. 1, 84):

Pronaque cum spectant animalia cetera terram,
os homini sublime dedit caelumque videre
iussit, et erectos ad sidera tollere vultus.

Qui ideo erectus caelum aspicit, ut Deum quaerat, non ut terram intendat veluti pecora, quae natura prona et ventri oboedientia finxit. Duplex est autem homo: interior et exterior. Interior homo anima, [et] exterior homo corpus 6 7 Anima autem a gentibus nomen accepit, eo quod ventus sit. Vnde et Graece ventus ἀέρος dicitur, quod ore trahentes aerem vivere videamus: sed apertissime falsum est, quia multo prius gignitur anima quam concipi aer ore possit, quia iam in gen- 8 tricis utero vivit. Non est igitur aer anima, quod putaverunt quidam qui non potuerunt incorpoream eius cogitare naturam. 9 Spiritum idem esse quod animam Evangelista pronuntiat dicens (Ioh. 10, 18): 'Potestatem habeo ponendi animam meam, et rursus potestatem habeo sumendi eam.' De hac quoque ipsa Domini anima passionis tempore memoratus Evangelista ita protulit, dicens (Ioh. 19, 30): 'Et inclinato capite emisit spiritum.' 10 Quid est enim emittere spiritum nisi quod animam ponere? Sed anima dicta propter quod vivit: spiritus autem vel pro spiritali 11 natura, vel pro eo quod inspiret in corpore. Item animum idem esse quod animam; sed anima vitae est, animus consilii. Vnde dicunt philosophi etiam sine animo vitam manere, et sine mente animam durare: unde et amentes. Nam mentem vocari, ut sciat: 12 animum, ut velit. Mens autem vocata, quod emineat in anima, vel quod meminit. Vnde et inmemores amentes. Quapropter non anima, sed quod excellit in anima mens vocatur, tamquam caput eius vel oculus. Vnde et ipse homo secundum mentem imago Dei dicitur. Ita autem haec omnia adiuncta sunt animae ut una res sit. Pro efficientiis enim causarum diversa nomina sortita 13 est anima. Nam et memoria mens est, unde et inmemores amentes. Dum ergo vivifacit corpus, anima est: dum vult, animus est: dum scit, mens est: dum recolit, memoria est: dum rectum iudicat, ratio est: dum spirat, spiritus est: dum aliquid sentit, sensus est. Nam inde animus sensus dicitur pro his quae sentit, unde et sententia nomen accepit. Corpus dictum eo 14 quod corruptum perit. Solubile enim atque mortale est, et aliquando solvendum. Caro autem a creando est appellata. 15 Clementum enim semen est masculi, unde animalium et hominum corpora concipiuntur. Hinc et parentes creatores vocantur. Caro autem ex quattuor elementis compacta est. Nam 16 terra in carne est, aer in halitu, humor in sanguine, ignis in calore vitali. Habent enim in nobis elementa suam quaeque partem, cuius quid debetur conpace resoluta. Caro autem et corpus 17 diversa significant. In carne semper corpus est, non semper in corpore caro. Nam caro est quae vivit, idem et corpus. Corpus, quod non vivit, idem non caro. Nam corpus dici aut quod post vitam est mortuum, aut sine vita est conditum. Interdum et cum vita corpus, et non caro, ut herba et lignum. Sensus corporis quinque sunt: visus, 18 auditus, odoratus, gustus, et tactus. Ex quibus duo aperiuntur et clauduntur, duo semper patentes sunt. Sensus dicti, quia 19 per eos anima subtilissime totum corpus agitat vigore sentiendi. Vnde et praesentia nuncupantur, quod sint praesensibus; sicut praes oculis, quae praesto sunt oculis. Visus est qui a philosophis humor vitreus appellatur. Visum autem fieri quidam ad severant aut externa aetherea luce, aut interno spiritu lucido per tenues vias a cerebro venientes, atque penetratis tunicis in aerem exeuntis, et tunc conmixtione similis materiae visundi dantes. Visus dictus, quod vivacior sit ceteris sensibus ac 21 praestantior sive velocior, ampliusque vigeat, quantum memoria

inter cetera mentis officia. Vicinior est enim cerebro, unde omnia manant; ex quo fit ut ea quae ad alios pertinent sensus, 'vide' dicamus; veluti cum dicimus: 'Vide quomodo sonat,' 22 'vide quomodo sapit,' sic et cetera. Auditus appellatus, quod voces auriat; hoc est aere verberato suscipiat sonos. Odoratus quasi aeris odoris ad tactus. Tacto enim aere sentitur. Sic et olfactus, quod odoribus adficiatur. Gustus a gutture dictus. 23 Tactus, eo quod pertractet et tangat et per omnia membra vigorem sensus asperget. Nam tactu probamus quidquid ceteris sensibus iudicare non possumus. Duo autem genera tactus esse; nam aut extrinsecus venit quod feriat, aut intus in ipso 24 corpore oritur. Unicuique autem sensui propriam naturam datam. Nam quod videndum est, oculis capit, quod audiendum est, auribus: mollia et dura tactu aestinantur, sapor gustu, odor 25 naribus ducitur. Prima pars corporis caput; datumque illi hoc nomen eo quod sensus omnibus et nervi inde initium capiant, atque ex eo omnis vigendi causa oriatur. Ibi enim omnes sensus apparent. Vnde ipsius animae, quae consulit corpori, quando 26 dammodo personam gerit. Vertex est ea pars qua capilli capitales colliguntur, et in qua caesaries vertitur; unde et nuncupatur. 27 Calvaria ab ossibus calvis dicta, per defectionem; et neutraliter pronuntiatur. Ocipitum capitum pars posterior, quasi contra 28 capitum, vel quod sit capiti retrorsum. Capilli vocati quasi capitis pili, facti ut et decorem praestent et cerebrum adversus frigus munitant atque a sole defendant. Pilos autem dictos a pelle, qua prodeunt; sicut et pilo dicitur a pila, ubi pigmentum 29 contunditur. Caesaries a caedendo vocata, ideoque tantum virorum est. Virum enim tonsum decet, mulierem non decet. Comae sunt proprie non caesi capilli, et est Graecus sermo. 30 Nam comas Graeci caimos a secundo nominant, unde et κείπεται tondere [dicunt]. Inde et ciri vocantur, quod etiam idem Graeci μαλλὸν vocant. Crines proprie mulierum sunt. Dictae 31 autem crines eo quod vittis discernantur. Vnde et discriminaria dicuntur, a quibus divisae religantur. Tempora sunt, quae 32 calvariae dextra laevaque subiacent. Quae ideo sic nuncupantur quia moventur, ipsaque mobilitate quasi tempora quibusdam intervallis mutantur. Facies dicta ab effigie. Ibi est enim 33 tota figura hominis et uniuscuiusque personae cognitio. Vultus vero dictus, eo quod per eum animi voluntas ostenditur. Secundum voluntatem enim in varios motus mutatur, unde et differunt sibi utraque. Nam facies simpliciter accipitur de uniuscuiusque naturali aspectu; vultus autem animorum qualitatem significat. Frons ab oculorum foraminibus nominata est. 35 Haec imago quaedam animi mentis motum specie sua exprimit, dum vel laeta vel tristis est. Oculi vocati, sive quia eos ciliorum tegmina occultant, ne qua incidentis iniuriae offensione laedantur, sive quia occultum lumen habeant, id est secretum vel intus positum. Hi inter omnes sensus viciniores animae existunt. In oculis enim omne mentis indicium est, unde et animi perturbatio vel hilaritas in oculis appetit. Oculi autem idem et lumina. Et dicta lumina, quod ex eis lumen manat, vel quod ex initio sui clausam teneant lucem, aut extrinsecus acceptam visui proponendo refundant. Pupilla est medius 37 punctus oculi, in quo vis est videndi; ubi quia parvae imagines nobis videntur, propterea pupillae appellantur. Nam parvuli pupilli dicuntur. Hanc plerique pupulam vocant: vocatur autem pupilla quod sit pura atque inpolluta, ut sunt puellae. Physici dicunt easdem pupillas, quas videmus in oculis, morituros ante triduum non habere, quibus non visus certa est 38 desperatio. Circulus vero, quo a pupilla albae partes oculi separantur discreta nigredine, corona dicitur, quod rotunditate 39 sui ornet ambitum pupillae. Palpebrae sunt sinus oculorum, a palpitacione dictae, quia semper moventur. Concurrunt enim invicem, ut assiduo motu reficiant obtutum. Munitae sunt autem vallo capillorum, ut [et] apertis oculis si quid inciderit repellatur, 40 et somno coniventibus tamquam involuti quiescant latentes. In summitate autem palpebrarum locis, quibus se utraque clausa contingunt, extant adnati ordine servato capilli tutelam oculis ministrantes, ne inruentes facile iniurias excipiant et ex eo noceantur, ut pulveris vel cuiusquam crassioris materiae arecent contactum, aut ipsum quoque aerem concidendo mitificant, quo tenuem atque serenum faciant visum. Lacrimas quidam a laceratione mentis putant dictas; alii existimant ideo 42 quod Graeci δάκρυα vocant. Cilia sunt tegmina quibus operiuntur oculi, et dicta cilia quod celent oculos tegantque tutam custodia. Supercilia dicta, quia superposita sunt ciliis; quae idcirco pilis vestita sunt ut oculis munimenta praetendant, et sudorem a capite defluentem depellant. Intercilium vero est 43 medium illud inter supercilia quod sine pilis est.

Oratio ad S. Augustinum, qui doctus ingenioque nitens arcana sacrae scripturarum reservans instruit et monet; multas libros scriptis. utinam pietate faucait eiusque preces Deo offerat.

Barbarice gentis decus, Augustine, perenne,
horrida quem nobis *Africa terra* tulit,
qui scripturarum profers arcana sacrarum
eloquii reserans abdita cuncta tuis,
5 doctior ingenuaque omni cultissimus arte
et studio prestans ingenioque nitens,
quem nihil obscurum latuit, sed et omnia clarent
atque humana simul dogmata et alma patent,
cuius et instruirum doctrinis atque monemur,
10 exemplis probitas cuius in orbe micat,
milia librorum per te, pater alme, leguntur
edita que promunt quicquid ubique late-
sis sautor nobis pius, o sanctissime presul,
atque deo nostras offer ad alta preces.

DE PAVLO QVODAM ET PETRO

Quas male Paulus opes septem congeserat annis
uno anno Petrus diripuit futuitque.

IN VIRGILIVM

Vergilius poeta Aeneae forma et exemplar fuit: omnia eius opera, cum poetica sua
oratione soluta scripta, sculent figuris uergilianis.
Vergilius in hoc carmine una cum Homero commemoratur: poeta ambos etiam
apud superos, i.e. post mortem, carmina scriberet inducit, Homerum Iouem, Ver-
gilium Quirinum, i.e. diuum Romulum, et C. Iulium Caesarem mulcentes, petit
ut aliquor uersus de caelo in terram demittant, ut olim di ancilia.
Carmen hoc proximum a primo, Cinthiae dicato, positum Aeneam admiratorem
Vergili plane demonstrat.

Grecia preciarum quantum laudauit Homerum
tam, Maro, te celebret turba latina. decet.
tu generi italicico magnum decus, ille pelasgo.
ille suis clarus, clarus es ipse tuis.
5 o, si millenos uixisset uterque per annos,
carmine quot miro prelia clara forent!
nunc etiam credam dictetis carmina diuis,
ingenium tenues siquod habent anime.
ille Iouem mulcat, tua placat musa Quirinum
10 lenituerque tua Cesar et ipse lyra.
quin aliquos tandem celo demittite uersus,
qui Iouis aut magni Cesaris acta ferant?
celicole quandam misere ancilia: cur non
carmina de celo mittere uestra licet?

DE SENENSI EGROTO

Vir senensis aegrotus, cui mater uinum semper aqua mixtum dabant, quae si uit ut
seorsum sibi uinum et aquam ministraretur; quod cum factum esset, prius uinum
hausit, post situ expleta aquam bibere noluit.

Egrotus nostra fuerat uir notus in urbe,
cui sine nulla dabant pocula mater aqua.
illi durus erat Baccus cum flumine et inquit:
"fas ne seorsum ut hec pocula binia bibam?"
5 annuit optanti custos. ille impiger hausit
que coram astabant pura Falerna prius.
"sumenda est" inquit "post hec decocta" minister.
eger ait: "nequeo; desine: non sitio."

IN LATRINAM

Papa Pius uentre longe miseratus onustos
prouidus hoc cunctis nobile struxit opus.

DE ROMA

Romanas uidi duce te, Vertumne, ruinas
priscaque tempia bonis credita celitus.
nil mage mirandum, siue hac ueterer illac,
cernere luminibus fatu dedere meis;
nam preter celsas moles et splendida tecta
ius proprium imperii Roma reservat adhuc.
India contenta est Indis et Gallia Gallis.
Roma sibi e toto uendicat orbe uiros.
10 præterea cum uix unum prouincia regem
una ferat, qualem martia facta petunt?
principibus satis est romana potentia multis,
quos uicit ad summum bellica fama decus.
denique si uatem uates non ludit Apollo,
mens mea Romulidis sydera leta uidet:
15 nam que de ueteri funduntur germina trunco
spargunt aeris brachia plena comis.
non aliter quam cum herculeo desecca lacerio
diffudit cristas argolis hydra nouas.
iam redire duces Fabii, redire Catones,
iam loquitur proprio lingua latina sono.
20 et tandem imperium toto qui finiat orbe
et bona qui faciat secula cesar adest.

EPYTAPIIUM PARENTVM PII PAPE

Siluius, Pii pater, Coniunx abdormiuit. Victoria noster Senis, papa factus Pius
patris uita Senas detulit et utrique parenti nouum commune sepulchrum dedit.

Siluius hic iaceo, coniunx Victoria mecum est.
filius hoc elausit marmore papa Pius.

EPYTAPHIVM CICERONIS

M. Tullius Cicero summus fuit orator romanus. Antonii iussu triumviri (quem
orationibus philippicis insectauerat) iter faciens Formiis, in agro caietano, truci-
datus est. Graecos eloquio superauit, urbem Romam seruauit. fama etiam post
mortem perdurat.

Hoc iacet in tumulo romane gloria lingue
Tullius, infande quem rapuere manus.
Antoni gladiis cecidisti, magne senator,
et caietanus te sepeluit ager.
eloquii cunctos superasti laude Pelasgos
tutaque te solum consule Roma fuit.
ergo licet tumulo tua membra teguntur opaco,
non tamen hec nomen mors tulit omne tuum.
10 dum celum terras respexerit et mare celum,
effugient laudes secula nulla tuas.
uos, qui transitis, pueri iuuenesque uirique,
sistite et: o Cicero, dicate, noster, aue!

IN FALSVM PRECEPTOREM

Qualia præcepit, talis uita præceptoris esse debet. aegro animo sola uerba
idem ualeat ac aegro corpori medicus iners qui non strenue operatur.

Cur de preceptis loqueris male falsus honestis,
si non, ut dicas, uiuere posse studes?
tantum animo prosunt aegro bona uerba sine actu,
corpo in aegro quam sine re medicus.

INDIGNATIO

Indignatur et conqueritur poeta quod omnia bona (nummi, aedes, prædia, per-
testas) ei obueniant, qui proprie uitam quam degunt minime digni sunt.
Sed, quo tardior Dei est ira, eo magis exequit.

Vincite, damnati per secula, uincite mores:
officium nullus possit habere bonus.
siquis at impurus, siquis ceruicis acerbe,
siquis crudelis, siquis adulter erit,
5 siquis ob incestum famosus, siquis auarus,
proditor antique siquis amicicie,
siquis delator, siquis periurus et omni
fraude potens, siquis lenoque furque fuit:
hie habeat nummos, hic edes, prædia, seruos
10 et fasces summi, si licet, imperii.
magis pater superum, quo nunc tua cura recessit?
hec populum pateris crimina ferre tuum?
quid loquor? ira pii non est festina Tonantis,
sed magis ut differt, sic coquit illa magis.

IN CINTHIAM

Cinthia, pro meritis que reddam premia tantis,
quot mihi iam clauso suggeris, alma, die?
nunc ego per tenebras et per stabula alta ferarum
cogebar longas nescius ire uias.
5 forsitan abruptas cecidisse pronus in alpes
aut ego iam rapidi preda leonis eram.
at tu, que nostros miserata es, Cinthia, casus.
obvia noctiuage lampadis igne uenis.
qua sit iter, qua sini manifesta pericula monstras:

o ego quas possum reddere, luna, uices?
efficiam semper tibi sit, dum forte laboras,
qui superet sonitu carmina dira suo.
inde tua expediari prestanti numina uersu,
qualia nocte iuuent, qualia luce patent.

SILVII PATRIS ENEE EPYTAPHIVM

Siluius ex gente piccolominea oriundus fuit uir uere probus. fuit in honore, dum
nobilitas clauruit: perit cum ipsa pereunte, bene uixit, in caelis est.
Poeti 134.

Siluius hic situs est nulli probitate secundus,
quem dederat patrie piccolomina domus.
dum bona nobilitas potuit sua iura tueri.
clarus erat: perit, cum perit illa, simul.
unicus est uite fructus uixisse beate.
cetera pretereunt, spiritus astra petit.
discite, mortales, celum uirtute pacisci:
namque alia nulli queritur arte polus.

Decretum de iustificatione

Proemium

Cum hoc tempore non sine multarum animarum iactura et gravi ecclesiasticae unitatis detimento erronea quadam disseminata sit de iustificatione doctrina: ad laudem et gloriam omnipotentis Dei, ecclesiae tranquillitatem et animarum salutem sacrosancta oecumenica et generalis Tridentina synodus in Spiritu sancto legitime congregata, praesidentibus in ea nomine sanctissimi in Christo patris et domini nostri Pauli divina providentia papae tertii, reverendissimis dominis, dominis Ioanne Maria episcopo Praenestino, de Monte, et Marcello tit. s. Crucis in Hierusalem presbytero, sacrae Romanae ecclesiae cardinalibus et apostolicis de latere legatis, exponere intendit omnibus christifidelibus veram sanamque doctrinam ipsius iustificationis, quam sol iustitiae¹ Christus Iesus, fidei nostrae auctor et consummator², docuit, apostoli tradiderunt et catholica ecclesia, Spiritu sancto suggestente, perperuo retinuit; districtius inhibendo, ne deinceps audeat quisquam aliter credere, praedicare aut docere, quam praesenti decreto statuitur ac declaratur.

Cap. I. De natura et legis ad iustificandos homines imbecillitate

Primum declarat sancta synodus, ad iustificationis doctrinam probe et sincere intelligendam oportere, ut unusquisque agnoscat et fateatur, quod cum omnes homines in praevaricatione Adae innocentiam perdidissent, facti immundi³ et (ut Apostolus inquit) *natura filii iras*⁴, quemadmodum in decreto de peccato originali exposuit, usque adeo servi erant peccati⁵, et sub potestate diaboli ac mortis, ut non modo gentes per vim naturae, sed ne Iudaei quidem per ipsam etiam litteram legis Moysi inde liberari aut surgere possent, tametsi in eis liberum arbitrium minime extinctum esset, viribus licet attenuatum et inclinatum.

Cap. II. De dispensatione et mysterio adventus Christi

Quo factum est, ut coelestis Pater, Pater misericordiarum et Deus totius consolationis⁶, Christum Iesum Filium suum, et ante legem et legis tempore multis sanitis patribus declaratum ac promissum, cum venit beata illa plenitudo temporis⁷, ad homines miserit, ut et Iudeos, qui sub lege erant, redimeret⁸, et gentes, quae non sectabantur iustitiam, iustitiam apprehenderent⁹, atque omnes adoptionem filiorum recipierent¹⁰. Hunc proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius¹¹, pro peccatis nostris, non solum autem pro nostris, sed etiam pro totius mundi¹².

Cap. III. Qua per Christum iustificantur

Verum etsi ille pro omnibus mortuis est¹³, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt, sed si dumtaxat, quibus meritum passionis eius communicatur. Nam sicut revera homines, nisi ex semine Adae propagati nascerentur, non nascerentur iniusti, cum ea propagatione per ipsum, dum concipiuntur, propriam iniustitiam contrahant: ita nisi in Christo renaserentur, numquam iustificantur, cum ea renascentia per meritum passionis eius gratia, qua iusti sunt, illis tribuantur. Pro hoc beneficio Apostolus gratias nos semper agere hortatur Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, et tripius de potestate tenebrarum, transtulitque in regnum Filii dilectionis suae, in quo babemus redemptionem et remissionem peccatorum¹⁴.

Cap. IV. Inveniatur descriptio iustificationis impii, et modus eius in stato gratus

Quibus verbis iustificationis impii descriptio insinuat, ut sit translatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adae, in statum gratiae et adoptionis filiorum Dei¹⁵, per secundum Adam Iesum Christum salvatorem nostrum; quae quidem translatio post evangelium promulgatum sine lavacro regenerationis aut eius voto fieri non potest, sicut scriptum est: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei*¹⁶.

Cap. V. De necessitate preparationis ad iustificationem in adultis, et unde sit

Declarat praeterea, ipsius iustificationis exordium in adultis a Dei per Christum Iesum praeveniente gratia sumendum esse, hoc est, ab eius vocatione, qua nullis eorum existentibus meritis vocantur, ut qui per peccata a Deo aversi erant, per eius excitantem atque adiuvantem gratiam ad convertendum se ad suam ipsorum iustificationem, eidem gratiae libere assentiendo et cooperando, disponantur, ita ut tangente Deo cor hominis per Spiritus sancti illuminationem neque homo ipse nihil omnino agat, inspirationem illam recipiens, quippe qui illam et abiicere potest, neque tamen sine gratia Dei mouere se ad iustitiam coram illo libera sua voluntate possit. Unde in sacris litteris cum dicitur: *Conseruamini ad me, et ego convertar ad vos*¹⁷, libertatis nostrae admonemur; cum respondemus: *Converte nos Domine ad te, et convertemur*¹⁸, Dei nos gratia praeveniri contemnuntur.

Cap. VI. Modus preparationis

Disponuntur autem ad ipsam iustitiam, dum excitati divina gratia et adiuti, fidem ex auditu concipientes¹⁹, libere moventur in Deum, credentes, vera esse, quae divinitus revelata et promissa sunt, atque illud in primis, a Deo iustificari impium per gratiam eius, per redemptionem, quae est in Christo Iesu²⁰, et dum, peccatores se esse intelligentes, a divinae iustitiae timore, quo utiliter concurtiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se convertendo, in spem eriguntur, fidentes, Deum sibi propter Christum propitium fore, illumque tamquam omnis iustitiae fontem diligere incipiunt ac propterea moventur adversus peccata per odium aliquod et detestationem, hoc est, per eam poenitentiam, quam ante baptismum agi oportet; denique dum proponunt suspicere baptismum, inchoare novam vitam et servare divina mandata. De hac dispositione scriptum est: *Accedemus ad Deum oportet credere, quia est et quod inquirentibus se remunerat sit*²¹, et:

Confide fili, remittuntur tibi peccata tua²², et: Timor Domini expellit peccatum²³, et: Poenitentiam agite et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum, et accipietis donum Spiritus sancti²⁴, et: Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Fili et Spiritus sancti, docentes eos servare quaecumque mandavi vobis²⁵, denique: Praeparate corda vestra Domino²⁶.

Cap. VII. Quid sit iustificatio impii, et quae eius causae

Hanc dispositionem seu praeparationem iustificatio ipsa consequitur, quae non est sola peccatorum remissio, sed et sanctificatio et renovatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiae et donorum, unde homo ex iniusto fit iustus et ex inimico amicus, ut sit haec secundum spem vitae aeternae²⁷. Huius iustificationis causae sunt: finalis quidem gloria Dei et Christi ac vita aeterna; efficiens vero misericors Deus, qui gratuito abluit²⁸ et sanctificat, signans et ungens²⁹ Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostrae³⁰; meritoria autem dilectissimus unigenitus suus dominus noster Iesus Christus, qui cum essemus inimici³¹, propter nimiam charitatem, qua dilexit nos³², sua sanctissima passione in ligno crucis nobis iustificationem meruit et pro nobis Deo Patri satisfecit; instrumentalis item sacramentum baptismi, quod est sacramentum fidei³³, sine qua nullum umquam contigit iustificatio. Demum unica formalis causa est iustitia Dei, non quia ipse iustus est, sed qua nos iustos facit, qua videlicet ab eo donati renovamur spiritu mentis nostrae³⁴, et non modo reputamur, sed vere iusti nominamur et sumus³⁵, iusticiam in nobis recipientes unusquisque suam, secundum mensuram, quam Spiritus sanctus partitur singulis prout vult³⁶, et secundum propriam cuiusque dispositionem et cooperationem. Quamquam enim nemo possit esse iustus, nisi cui merita passionis domini nostri Iesu Christi communicantur, id tamen in hac impii iustificatione fit, dum eiusdem sanctissimae passionis merito per Spiritum sanctum charitas Dei diffunditur in cordibus³⁷ eorum, qui iustificantur, atque ipsis inhaeret. Unde in ipsa iustificatione cum remissione peccatorum haec omnia simul infusa accipit homo per Iesum Christum, cui inseritur: fidem, spem et charitatem. Nam fides, nisi ad eam spes accedat et charitas, neque unit perfecte cum Christo, neque corporis eius vivum membrum efficit. Quia ratione verissime dicitur, fidem sine operibus mortuam et otiosam esse³⁸, et in Christo Iesu neque circumcisionem aliquid valere, neque preputium, sed fidem, quae per charitatem operatur³⁹. Hanc fidem ante baptismi sacramentum ex apostolorum traditione catechumeni ab ecclesia petunt, cum petunt fidem vitam aeternam praestantem, quam sine spe et charitate fides praestare non potest. Unde et statim verbum Christi audiunt: *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata*⁴⁰. Itaque veram et christianam iustitiam accipientes, eam ceu primam stolam⁴¹, pro illa, quam Adam sua inobedientia sibi et nobis perdidit, per Christum Iesum illis donatam, candidam et immaculatam iubentur statim renati conservare, ut eam perferant ante tribunal domini nostri Iesu Christi et habeant vitam aeternam⁴².

Cap. VIII. Quando intelligatur, impium per fidem et gratis iustificari

Cum vero Apostolus dicit, iustificari hominem per fidem⁴³, et gratis⁴⁴, ea verba in eo sensu intelligenda sunt, quem perpetuus ecclesiae catholicae consensus tenuit et expressit, ut scilicet per fidem ideo iustificari dicamur, quia fides est humanae salutis initium, fundamentum et radix omnis iustificationis, sine qua impossibile est placere Deo⁴⁵ et ad filiorum eius consortium⁴⁶ pervenire; gratis autem iustificari ideo dicamur, quia nihil eorum, quae iustificationem praecedunt, sive fides, sive opera, ipsam iustificationis gratiam promeretur; si enim gratia est, iam non ex operibus; alioquin (ut idem Apostolus inquit⁴⁷) *gratia iam non est gratia*. ****

Canones de iustificatione

1. Si quis dixerit, hominem suis operibus, quae vel per humanae naturae vires, vel per legis doctrinam fiant, absque divina per Christum Iesum gratia posse iustificari coram Deo: a. s.

2. Si quis dixerit, ad hoc solum divinam gratiam per Christum Iesum dari, ut facilius homo iuste vivere ac vitam aeternam promereri possit, quasi per liberum arbitrium sine gratia utrumque, sed aegre tamen et difficulter possit: a. s.

3. Si quis dixerit, sine praeveniente Spiritus sancti inspiratione atque eius adiutorio hominem credere, sperare et diligere aut poenitere posse, sicut oportet, ut ei iustificationis gratia conferatur: a. s.

4. Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium a Deo motum et excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti atque vocanti, quo ad obtainendam iustificationis gratiam se disponat ac praeparet, neque posse dissentire, si velit, sed velut inanime quoddam nihil omnino agere mereque passive se habere: a. s.

5. Si quis liberum hominis arbitrium post Adae peccatum amissum et extinctum esse dixerit, aut rem esse de solo titulo, immo titulum sine re, figmentum denique a satana inventum in ecclesiam: a. s.

6. Si quis dixerit, non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera ita ut bona Deum operari, non permissive solum, sed etiam proprie et per se, adeo ut sit proprium eius opus non minus proditio Iudee quam vocatio Pauli: a. s.

7. Si quis dixerit, opera omnia, quae ante iustificationem fuit, quacumque ratione facta sint, vere esse peccata vel odium Dei mereri, aut quanto vehementius quis nititur, se disponere ad gratiam, tanto cum gravius peccare: a. s.

8. Si quis dixerit, gehennae metum, per quem ad misericordiam Dei, de peccatis dolendo, confugimus vel a peccando abstinemus, peccatum esse aut peccatores peiores facere: a. s.

Prima sessio Concilii Oecumenici Vaticani secundi, quae initium cepit cum liturgicum celebrabatur festum Divinae Maternitatis beatissimae Virginis Mariae, sauste concluditur sacramentissimo hoc die, quo Immaculata Concepcionis Deiparae celebratur, magnis coruscantibus splendoribus, qui a Dei hominumque Matre emanant.

Mysticus quidam caelstis arcus coniungit sacrum coetum, qui hodie peragitur, cum Oecumenici Concilii rutilanti primordio, quod contigit die undecimo elapsi mensis Octobris; hae duae liturgicae celebritates iucundam quandam suppeditant occasionem gratiarum actionibus, quae Deo persolvi debent.

Praeterea, intimus qui subest huic eventui sensus suavior exsistit, ubi in memoriam redigitur Decesorem Nostrum Pium IX Concilium Vaticanum primum hoc eodem die auspicatum esse.

Iuvat has congruentias temporis perpendere, quae si considerantur, licet intellegi magnos Ecclesiae eventus obtinere lucente veluti sidere ac materne protegente Maria.

Concilium reapse est actus, quo in Deum creditur, legibus eius obtemperatur, Divinac Redemptionis consilio sincere obsequi studetur: consilium dicimus, quo « Verbum caro factum est de Maria Virgine ». Cum igitur hodie Immaculata Virgo « de radice Iesse » recolatur, a cuius radice flos ascendet,¹ ingenti gaudio animi nostri perfunduntur: etenim magis magisque cernimus hunc florem appetere, praesertim cum sacri Adventus tempus decurrat.

Cum Antistites quinque continentium terrarum ex hac Petriana Aula ad dilectas Dioeceses profecturi sunt — ut perfungi pergent officio pastorum, qui greges suos sequuntur — in cogitatione versantur ea, quae adhuc effecta sunt; atque, sumptis viribus ac perpensis agendi normis, futurum prospicitur, dum in exspectatione est emetiendum iter, ut magnum incepturn perfecte in rem ducatur.

Tria capita Noster sibi sermo proponit: scilicet Concilii Oecumenici initium, progressum, atque exspectatos fructus, ut fides, sanctitudo, apostolatus in Ecclesiam et in civilem consortium radios emittant.

Mentibus nostris penitus adhuc inhaeret ipsum initium Concilii Oecumenici, videlicet spectaculum amplissimi illius conventus sacrorum Antistitum, et toto terrarum orbe buc congregatorum. Quod per saeculorum decursum ad haec usque tempora fieri contigit numquam. Scilicet « una, sancta, catholica et apostolica Ecclesia » hominibus se obtulit coruscantem fulgore, qui a perenni munere ipsi constituto exoritur, ostendens compagis suae firmitudinem, exercens flexaniam ac blandam vim institutorum suorum. Meminisse etiam iuvat e plurimis gentibus advenisse, qui, nomine sua cuiusque Civitatis Moderatorum, sollemnibus ob ineundum Concilium interessent. Ac liceat Nobis gratum animum iterum iterumque profiteri, quod nostri temporis homines cum admiratione exordium universalis huius Synodi spectaverunt; atque undique allatae sunt ad Nos significationes eorum, qui singulari cum studio, magna cum reverentia et existimatione, tantum eventum conspiranter sunt recordati.

I. Concilii initium

Die igitur illo memorabili undecimo mensis Octobris Patrum mutua et socia opera est inchoata. Primo vero gradu temporis in Concilii Oecumenici celebratione absoluto, expedit iam ut de rebus actis paulisper recognoscemus.

Prima Sessio, modo quodam lento et sollemni, quasi aditum aperuit ad magnum ipsum opus Concilii: fuit scilicet initium, unde Patres alaci animo

se penitus in ipsam causam et in intimam rationem huius negotii, seu divini consilii insinuantur. Oportebat sane ut fratres et longinquis regionibus advecti et in eandem hanc vetustam Sedem congregati, se necessitudine attingerent; oportebat ut invicem se intuerentur ad mutuos animorum sensus comperiendos; oportebat ut scientiam, quam quisque experiendo sibi comparaverat, cum ceteris considerate et frugifere communicaret, quasi significationem earum rerum, quae variis in locis hominumque ordinibus, ad apostolatum quod attinet, offici contigit.

Facile intellegitur in tam amplio consessu nonnihil temporis necessarium fuisse ut ad consensionem de rebus perveniretur quae, salva caritate, causam praebuerant discrepantiae, minime quidem mirandae sed animos paulum sollicitant.

Id ipsum e provido Dei consilio propterea evenit, ut veritas in sua luce poneretur et coram universa hominum societate manifesta fieret sancta libertas filiorum Dei, quae in Ecclesia vigeret.

Neque fortuito coeptum est ab expendendo schema de sacra Liturgia, utpote quae ageret de rationibus, quae inter hominem ac Dicem intercedunt. Sunt enim hae summi momenti rationes, quae in solido fundamento Revelationis et Magisterii apostolici innitantur oportet, ut opus impendatur in bonum animorum amplissima illa cum iudicandi ratione, quae non sapiat nimiam illam levitatem et festinationem, saepe propriam rationem inter solos homines.

Deinde quinque schemata proposita sunt, de quibus disceptatum est et sententiae latae, quas utilissimas esse arbitramur ad certam ac definitam compositionem approbationemque singularum constitutionum perficiendam, ita ut merito colligi possit bona initia posita esse eorum de quibus adhuc erit disputandum.

II. Concilii progressus

En inde, venerabiles Fratres, oculi Nostri ad operam illam convertuntur, quae proximo novem mensium intervallo, licet tecta silentio nec tamen minore cum gravitate, insumetur, postquam ad honoris vestri Sedes reversi eritis.

Dum unumquemque vestrum in sua quiske dioecesi contemplamur, commoto oblectamento animus perfunditur Noster, cum sciamus vos, ex hac Urbe redeentes, fiduciae et caritatis fulgentem veluti facem commissis populis elatuos esse, atque Nobiscum Deum impensis usque deprecatus, ita ut in memoriam suavissime reducantur verba Libri Ecclesiastici de Summo Sacerdote Simone: « et ipse stans iuxta aram, et circa illum corona fratribus » (Eccl 5, 13).

Ut videtis, mutua hac precum voluntatumque conspiratione navitas nostra procedit.

Coniuncta opera ob sollemnem hanc celebritatem non intermititur: immo labores, qui nos omnes manent, maioris certo ponderis et momenti aestimandi sunt, quam in ceteris Oecumenicis Conciliis fuerunt, dum intervalla fiebant. Verum enim vero hodiernae vitae condicionibus singulorum hominum ac rerum ad apostolatum spectantium sedulac communicationes omne genus faciliores redduntur.

Etiam nova Commissione nuper constituta, in quam delecti viri e Cardinalium Collegio atque ex Episcoporum coetu cooptati sunt, ut universalis Ecclesiae partes gererent, id plane testatur: nempe labores Concilii non interquiescere. Etenim huius Commissionis proprium erit, proximis mensibus laboribus adesse et moderari, atque, collatis consiliis cum singulis Concilii Commissionibus, valida velut fundamenta iacere, ut Oecumenica Synodus ad felicem exitum perveniat. Concilium ergo nostrum proximis novem mensibus, quibus sessiones intermittentur, coeptum iter actuosissime perget.

CANTVS GREGORIANVS [604---1999 POST CHR.]

IVN I ORVM
C = (4)

Tonus 1. D, D, D'; f, g, g'; a, b', b'.

Mediale duplii constantes accentu.

Terminationes unico constantes ac-
centu duabusque syllabis antecedentibus.
(Sed pro terminacione D', accentu
additur superveniens anticipata, cum
accentu habetur antepenultima).

D

1. Magni- f-cat * 4-nimia mé-a Dóminum.
2. Et exaltávit spíri-tus mé-us * in Dó-o sa-lu-té/mé-a.
D D' f g

ré: { Dóminum. mé: { Dóminum. mé: { Dóminum. mé: { Dóminum.
mé: a. ré: { mé: a. ré: { mé: a. ré: { mé: a.
g' a' a' a'

3. Quia respexit humilitatem ancillæ sūtae : * ecce enim ex hoc be-
tan me dicent dñnes generatōres.
4. Quia fecit nūbi mágna qui pótens est : * et sanctum nōmen ejus.
5. Et misericordia ejus a progredié in progénies * timoratibus eis.
6. Fecit pótentiam in brachio suo : * dispersit supérbas mentis cōrdis
sui.
7. Depóxit poténtes de séde, * et exaltávit hūmiles. (D': hūmiles).
8. Exultátes implévit bōnis : * et dñiles dimisit lātēs.
9. Suscepit Israel púerum sūum, * recordávit misericordiæ sūas.
10. Sicut locutus est ad pátres nóstros, * Abraham et st̄mini dñs is
sacerdūs. (D': sacerdūs).
11. Glória Pátri, et Filio, * et Spíritu Sáncto.
12. Sicut érat in principio, et nūnc, et sémper, * et in saecula saecu-
lōrum. Amen.

Tonus 4. E, A, A'.

Mediale unico constantes accentu du-
busque syllabis antecedentibus.

Terminationes unico constantes ac-
centu tribusque syllabis antecedentibus.
(Sed pro terminacione E, accentu
additur superveniens anticipata, cum
accentu habetur antepenultima).

E

1. Crēdi- li propter quod locutus sum : * égo autem humi-li-éta sum
— E

nīmis. Flexa : vincula mé-a : t

1. Crēdi- li propter quod locutus sum : * égo autem humi-li-éta sum
A A'

ré: nīmis. ré: nīmis. Flexa : vincula mé-a : t

2. Ego dixi is excusa méo : * Omnis dñs mēndas.
3. Quid retridam Dóminum, * pro dñmib⁹ que retridab⁹ mihi?
4. Cálīcē salutāris accipiam : * et nōmen Dómin⁹ invocabo.
5. Vōta mīta Dómino réddam coram dñmi pōpuli ejus : * p̄t̄d̄a
is consp̄ctu Dómin⁹ mōr̄as accidērās ejus.
6. O Dómine quia égo sérvis tūus : * égo sérvis nūs, et filii
cællēs tūas.
7. Dirupisti vīscula mīta : t̄ tibi sacrificiō bōt̄iam lāudis, * et
dōm̄ Dómin⁹ invocabo.
8. Vōta mīta Dómino réddam in consp̄ctu dñm̄ pōpuli ejus : * is
auris dñm̄ Dómin⁹, in subli⁹ tū Jerusalēm. (E : Jerusalēm.)
9. Glória Pátri, et Filio, * et Spíritu Sáncto.
10. Sicut érat in principio, et nūnc, et sémper, * et in saecula saecu-
lōrum. Amen.

Tonus 7. a, b, c, c', d.

Mediale duplii constantes accentu.

Terminationes duplii constantes ac-
centu.

a b

1. Confidēbō tibi Dómine in tōto cōr-de mé-o : * in consili-o
c justorum et congrega- ti-o- ne. ré: congrega- ti-o- ne. ré: con-
grega- ti-o- ne. ré: congrega- ti-o- ne. ré: congrega- ti-o- ne.

Flexa : su-ōrum, t

2. Mīgna ópera Dómini : * exquisita in ómnēs voluntatēs ejus.
3. Confessio et magnificētia ópus ejus : * et justitia ejus manet in
saeculum saeculi.
4. Mémoriām fecit mirabilium suōrum, t̄ misericors et miseratōr
Dóminus : * escam dedit timoratibus sc.
5. Mémoriām érit in saeculum testamētū sūi : virtutēm óperum suōrum
annuntiabit pōpulo sūo :
6. Ut dicit illis haereditatēm gēnitōrum : * ópera mānuum ejus vēritas
et judicium.
7. Fidelia dñm̄ia māndata ejus : t̄ confirmāta in saeculum saeculi : *
facta in vēritate et aequitati.
8. Redēmptiōnē misit pōpulo suo : * mandāvit in aeternūm testa-
mētūm sūum.
9. Sāctum et terrible nōmen ejus : * intūm sapientiae timor
Dómini.
10. Intellectus bōnū dñm̄ib⁹ faciētiōnēs tuā : * laudatio ejus manet
in saeculum saeculi.
11. Glória Pátri, et Filio, * et Spíritu Sáncto.
12. Sicut érat in principio, et nūnc, et sémper, * et in saecula saecu-
lōrum. Amen.

Tonus 2. D.

Mediale unico constantes accentu.

Terminationes unico constantes ac-
centu uniques syllabis antecedentibus.

D

1. Di-cit Dóminus Dómino mé-o : * Sédē a dēxtris mé-in.
2. Doce pōnam inimicos tūos, * scđbilem pēdum tērōrum.
3. Virgō virūtis tūa emittet Dóminus ex Sloe : * dominare is
mēdo inimicorum tērōrum.
4. Tēnam prīcipiūm in die virtutis nīsa in spīcēdrib⁹ sanctōrum : * ex tēro ante luciferum ḡm̄al te.
5. Juravit Dóminus, et non paucitib⁹ dūm : * Tu es sacrédōs in
aeternū secundūm ordinēs Melchisēdēch.
6. Dóminus a dēxtris tēris, * cofriḡit in die ira nūr̄ rēges.
7. Judicabit in aetēdōb⁹, impēb⁹t̄ rūnas : * conquātib⁹t̄ cāpita in
tēra mortērum.
8. De tērōtate in via h̄ibet : * prop̄p̄ea exaltābil̄ cap̄t̄.
9. Glória Pátri, et Filio, * et Spíritu Sáncto.
10. Sicut érat in principio, et nūnc, et sémper, * et in saecula saecu-
lōrum. Amen.

Tonus 3. b, a.

Mediale duplii constantes accentu (sed
ultimo accentu additur superveniens anti-
cipata, cum accentu habetur antepenultima).

Terminationes unico constantes ac-
centu uniques syllabis antecedentibus.

D

1. Laudā-te pū-e-ri Dómi-num : * laudā-te nōmen Dómi-ni. vel: Dómi-ni.
2. Sit nōmen Dómini benedictum, * ex hoc nūc, et usq̄e in sa-
culum.
3. A solis ortu usq̄e ad occidūm, * laudātib⁹ nōmen Dómino.
4. Exaltās super ómnes gēntes Dóminus, * et super cādōs glō-
rī ejus.
5. Quis sicut Dóminus Dēus nōster, qui in altis hábitat, * et humili-
rēscit in cādio et in tērra?
6. Suscitans a tērra inopem, * et de st̄core érigens pāuperem :
7. Ut collēct̄ eum cūm principib⁹, * cūm principib⁹ pōpuli sūi.
8. Qui habitat facit sc̄rītūm in dōmo, * mātrem filiorū fortificat.
9. Glória Pátri, et Filio, * et Spíritu Sáncto.
10. Sicut érat in principio, et nūnc, et sémper, * et in saecula saecu-
lōrum. Amen.

Tonus 3. 2', g.

Mediale duplii constantes accentu (sol
ultimo accentu additur superveniens anti-
cipata, cum accentu habetur antepenultima).

Terminationes unico constantes ac-
centu uniques syllabis antecedentibus.

g'

1. Laudā-te pū-e-ri Dómi-num : * laudā-te nōmen Dómi-ni. vel: Dómi-ni.
- Tonus 6. F.
- Mediale unico constantes accentu une-
que syllabis antecedentibus.

Terminationes unico constantes ac-
centu duabusque syllabis antecedentibus.
2. Exaltābō te Dē-nis mé-u-s rex : * et benedicām nōmēn tū-o in sa-
culum et in saeculum saeculi.
2. Per singulos dies benedicām tibi : * et laudābō nōmēn tūum in
saeculum et in saeculum saeculi.
3. M̄agnus Dóminus et laudābilis nīmis : * et magis tūam ejus non
est finis.
4. Generātō et generātō laudābit ópera tūa : * et pōtentiam tūam
pronouniābōnt.
5. M̄agnificētiam glōriæ sanctitatis tūae loquēntur : * et mirabilis
tūa narrābōnt.
6. Et virtutēm terribilium tērōrum dicent : * et magnitudinem tūam
narrābōnt.
7. Mémoriām abundātiae suavitatis tūae eructābōnt : * et justitia
tūa exsultābōnt.
8. Glória Pátri, et Filio, * et Spíritu Sáncto.
9. Sicut érat in principio, et nūnc, et sémper, * et in saecula saecu-
lōrum. Amen.

Tonus Peregrinus.

Mediale unico constantes accentu tri-
busque syllabis antecedentibus.

Terminationes unico constantes ac-
centu uniques syllabis antecedentibus.

A:

1. Laudā-te pū-e-ri Dómi-num : * laudā-te nōmen Dómi-ni. 2. Sit nō-
men Dómini bāsidi clām, * ex hoc nūc, et usq̄e in saecula.
3. A solis ortu usq̄e ad occidūm, * laudātib⁹ nōmen Dómino.
4. Exaltās super ómnes gēntes Dóminus, * et super cādōs glōrī ejus.
5. Quis sicut Dóminus Dēus nōster, qui in altis hábitat, * et humili-
rēscit in cādio et in tērra?
6. Suscitans a tērra inopem, * et de st̄core érigens pāuperem :
7. Ut collēct̄ eum cūm principib⁹, * cūm principib⁹ pōpuli sūi.
8. Qui habitat facit sc̄rītūm in dōmo, * mātrem filiorū fortificat.
9. Glória Pátri, et Filio, * et Spíritu Sáncto.
10. Sicut érat in principio, et nūnc, et sémper, * et in saecula saecu-
lōrum. Amen.

Caput 1.
PROOEMIUM

1. — Aeterni Patris Verbum sua immensitate universa comprehendens, ut hominem per peccata minoratum in celsitudinem divinae gloriae revocaret, breve fieri voluit nostra brevitate assumpta, non sua deposita maiestate. Et ut a caelestis verbi capessenda doctrina nullus excusabilis redideretur, quod pro studiosis diffuse et dilucide per diversa Scripturae sanctae volumina tradiderat, propter occupatos sub brevi summa humanae salutis doctrinam conclusit.

Consistit enim humana salus in veritatis cognitione, ne per diversos errores intellectus obscureretur humanus; in debiti finis intentione, ne indebitos fines sectando, a vera felicitate deficiat; in iustitiae observatione, ne per vitia diversa sordescat. Cognitionem autem veritatis humanae saluti necessariam brevibus et paucis fidei articulis comprehendit. Hinc est quod Apostolus ad Roman. IX, 28, dicit: *Verbum abbreviatum* (¹) faciet Deus super terram. Et hoc quidem est verbum fidei, quod praedicamus. Intentionem humanam brevi oratione rectificavit: in qua dum nos orare docuit, quomodo nostra intentio et spes tendere debet, ostendit. Humanam iustitiam, quae in legis observatione consistit, uno precepto caritatis consummavit. *Plenitudo enim legis est dilectio* [Rom. XIII, 10]. Unde Apostolus, I Cor. XIII, 13, in fide, spe et caritate, quasi in quibusdam salutis nostrae compendiosis capitulis, totam praesentis vitae perfectionem consistere docuit, dicens: *Nunc autem manent fides, spes, caritas*. Unde haec tria sunt, ut beatus Augustinus dicit [Enchir., cap. 3, PL 40, 232], quibus colitur Deus.

2. — Ut igitur tibi, fili carissime Reginalde, compendiosam doctrinam de christiana religione tradam, quam semper prae oculis possis habere, circa haec tria in praesenti opere tota nostra versatur intentio. *Primum de fide, secundo de spe, tertio vero de caritate agemus*. Hoc enim et apostolicus ordo habet, et ratio recta requirit. Non enim amor rectus esse potest, nisi debitus finis spei statuatur; nec hoc esse potest, si veritatis agnitus desit. *Primo* igitur necessaria est fides, per quam veritatem cognoscas; *secundo* spes, per quam in debito fine tua intentio collocetur; *tertio* necessaria est caritas, per quam tuus affectus totaliter ordinetur.

Caput 123.

QUOD OMNIA REGUNTUR DIVINA PROVIDENTIA.

240. — Ex predictis autem manifestum esse potest quod omnia divina providentia gubernantur. Quaecumque enim ordinantur ad finem alicuius agentis, ab illo agente diriguntur in finem, sicut omnes qui sunt in exercitu, ordinantur ad finem ducis, qui est Victoria, et ab eo diriguntur in finem. Supra autem ostensum est [cap. 101] quod omnia suis actibus tendunt in finem divinae bonitatis. Ab ipso igitur Deo, cuius hic finis proprius est, omnia diriguntur in finem. Hoc autem est providentia alicuius regi et gubernari. Omnia igitur divina providentia reguntur.

241. — Adhuc. Ea quae deficere possunt, et non semper eodem modo se habent, ordinari inveniuntur ab his quae semper eodem modo se habent, sicut omnes motus corporum inferiorum, qui defectibiles sunt, ordinari habent secundum invariabilem motum caelestis corporis. Omnes vero creature mutabiles et defectibiles sunt. Nam in creaturis intellectualibus, quantum ex eorum natura est, defectus voluntariae actionis inveniri potest; creature vero aliae motum participant vel secundum generationem et corruptionem, vel secundum locum tantum: solus autem Deus est in quem nullus defectus cadere potest. Relinquitur igitur quod omnia alia ordinantur ab ipso.

242. — Item. Ea quae sunt per participationem, reducuntur in id quod est per essentiam, sicut in causam: omnia enim ignita suae ignitionis ignem causam habent aliquo modo. Cum igitur solus Deus per essentiam sit bonus, cetera vero omnia per quamdam participationem complementum obtineant bonitatis, necesse est quod omnia ad complementum bonitatis perducantur a Deo. Hoc autem est regi et gubernari; secundum hoc enim aliqua gubernantur vel reguntur, quod in ordine

COMPENDIUM THEOLOGIAE AD FRATREM REGINALDUM

boni statuuntur. Omnia ergo gubernantur et reguntur a Deo.

Caput 142.

QUOD NON DEROGAT BONITATI DEI,
QUOD MALA PERMITTAT.

283. — Nec tamen hoc divinae bonitati repugnat, quod mala esse permittit in rebus ab eo gubernatis.

Primo quidem quia providentiae non est naturam gubernatorum perdere, sed salvare. Requirit autem hoc perfectio universi ut sint quedam in quibus malum non possit accidere, quedam vero quae defectum mali pati possint secundum suam naturam. Si igitur malum totaliter excluderetur a rebus, providentia divina non regeneretur res secundum earum naturam, quod esset maior defectus quam singulares defectus qui tollerentur.

Secundo, quia bonum unius non potest accidere sine malo alterius, sicut videmus quod generatio unius non est sine corruptione alterius, et nutrimentum leonis non est sine occisione alterius animalis, et patientia iusti non est sine persecuzione iniusti. Si igitur malum totaliter excluderetur a rebus, sequeretur quod multa etiam bona tollerentur. Non igitur pertinet ad divinam providentiam ut malum totaliter excludatur a rebus, sed ut mala quae proveniunt, ad aliquod bonum ordinentur.

Tertio, quia ex ipsis malis particularibus commendabiliora redduntur bona dum eis comparantur, sicut ex obscuritate nigri magis declaratur claritas albi. Et sic per hoc quod permittit mala esse in mundo, divina bonitas magis declaratur in bonis, et sapientia in ordinatione malorum ad bona.

Caput 233.

DE ORATIONE CHRISTI.

495. — Quia vero oratio est desiderii expositiva, ex diversitate appetituum ratio sumi potest orationis quam Christus imminente passione proposuit dicens, Matth. XXVI, 39: *Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste: veroniamen non sicut ego volo, sed sicut tu*. In hoc enim quod dixit, *Transeat a me calix iste*, motum inferioris appetitus et naturalis designat, quo naturaliter quilibet mortem refutat, et appetit vitam. In hoc autem quod dicit, *Veroniamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis*, exprimit motum superioris rationis omnia considerantis prout sub ordinatione divinae sapientiae continentur.

Ad quod etiam pertinet quod dicit, *Si non potest*, hoc solum fieri posse demonstrans quod secundum ordinem divinae voluntatis procedit. Et quamvis calix passionis non transivit ab eo quin ipsum biberit, non tamen dici debet quod eius oratio exaudita non fuerit. Nam secundum Apostolum ad Hebr. v, 7, in omnibus exaudiens est pro sua reverentia. Cum enim oratio, ut dictum est, sit desiderii expositiva, illud simpliciter oramus quod simpliciter voluntus: unde et desiderium iustorum, orationis vim obtinet apud Deum, secundum illud Psal. IX, 17: *Desiderium pauperum exaudiens Dominus* (¹). Illud autem simpliciter volumus quod secundum rationem superiorem appetimus ad quam solam pertinet consentire in opus. Illud autem simpliciter oravit Christus ut Patris voluntas fieret, quia hoc simpliciter voluit, non autem quod calix ab eo transire, quia nec hoc simpliciter voluit, sed secundum inferiorem rationem, ut dictum est.

Caput 234.
DE SEPULTURA CHRISTI.

496. — Consequuntur autem hominem ex peccato post mortem alii defectus et ex parte corporis, et ex parte animae. Ex parte corporis quidem, quod corpus redditur terrae, ex qua sumptum est. Hic autem defectus corporis in nobis quidem secundum duo attenditur, scilicet secundum positionem, et secundum resolutionem. Secundum positionem quidem, in quantum corpus mortuum sub terra ponitur sepultum; secundum resolutionem vero, in quantum corpus in elementa solvit, ex quibus est compactum.

Horum autem defectuum primum quidem Christus pati voluit, ut scilicet corpus eius sub terra poneretur. Alium autem

defectum passus non fuit, ut scilicet corpus eius in terram resolvetur: unde de ipso Psal. XV, 10, dicit: *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem* (²), id est corporis putrefactionem.

Huius autem ratio est, quia corpus Christi materiam sumpsit de natura humana, sed formatio eius non fuit virtute humana, sed virtute Spiritus Sancti. Et ideo propter substantiam materiae subterraneum locum, qui corporibus mortuis deputari consuevit, voluit pari: locus enim corporibus debetur secundum materiam praedominantis elementi. Sed dissolutionem corporis per Spiritum Sanctum fabricati pati non voluit, quia quantum ad hoc ab aliis hominibus differebat.

Caput 241.

QUOD CHRISTUS
SECUNDUM NATURAM HUMANAM JUDICABIT.

520. — Ex his quae dicta sunt, manifeste colliguntur quod per Christi passionem et mortem, resurrectionis atque ascensionis gloriam, a peccato et morte liberati sumus, et iustitiam et immortalitatem gloriam, hanc in re, illam in spe adepti. Haec autem quae praediximus, scilicet passio, mors et resurrectione, et etiam ascensio, sunt in Christo completa secundum humanam naturam. Consequenter igitur oportet dici, quod secundum ea quae in humana natura Christus vel passus est vel fecit, nos a malis tam spiritualibus quam corporalibus liberando, ad spiritualia et aeterna bona promovit.

521. — Est autem consequens ut qui aliquibus aliqua bona acquirit, eadem ipsis dispenset. Dispensatio autem bonorum in multis requirit iudicium, ut unusquisque secundum suum gradum accipiat. Convenienter igitur Christus secundum humanam naturam, secundum quam mysteria humanae salutis implevit, iudex constitutus a Deo super homines, quos salvavit: unde dicitur Ioan. V, 27: *Potestatem dedit ei iudicium facere*, scilicet Pater Filio, quia *Filius hominis est*.

522. — Quamvis et hoc habeat aliam rationem. Est enim conveniens ut iudicem videant iudicandi: Deum autem, apud quem iudicis auctoritas residet, in sua natura videre est praemium, quod per iudicium redditur. Oportuit igitur quod Deus iudex, non in natura propria, sed in natura assumpta, ab hominibus videretur qui iudicandi sunt, tam bonis quam malis. Multi enim si Deum in natura Divinitatis videarent, iam praemium reportarent, quo se reddiderunt indignos.

523. — Est etiam conveniens exaltatio praemium humiliationi Christi respondens, qui usque ad hoc humiliari voluit ut sub homine iudice iudicaretur iniuste: unde ad hanc humiliationem exprimendam signanter in Symbolo cum sub Pontio Pilato passum fatemur. Hoc igitur exaltationis praemium debebatur ei ut ipse secundum humanam naturam iudex a Deo omnium hominum mortuorum et vivorum constitueretur, secundum illud Job XXXVI, V, 17: *Causa tua quasi impii iudicata est: causam iudiciumque recipies*.

524. — Et quia potestas iudicaria ad Christi exaltationem pertinet, sicut et resurrectionis gloria, Christus in iudicio apparebit non in humilitate, quae pertinebat ad meritum, sed in forma gloriosa ad praemium pertinente: unde dicitur in Evangelio [Luc. XXI, 27], quod videbunt Filium hominis *venientem in nube cum potestate magna et maiestate*.

Visio autem claritatis ipsius electis quidem, qui cum dilexerunt, erit ad gaudium, quibus Isa. XXXIII, 17, promittit: *Regem in decore videbunt* (¹); impiis autem erit ad confusione et luctum, quia iudicantis gloria et potestas, damnationem timentibus, tristitiam et metum inducit: unde dicitur Isa. XXVI, 11: *Videant et confundantur zelantes populi, et ignis hostes tuos devoret*.

Et quamvis in forma gloriosa se ostendat, apparebunt tamen in eo indicia passionis non cum defectu sed cum decore et gloria, ut ex his visis et electi recipient gaudium, qui per passionem Christi se liberatos recognoscunt, et peccatores tristitiam, qui tantum beneficium contempserunt: unde dicitur Apoc. I, 7: *Videbit eum omnis oculus, et qui eum pupugerunt; et plangent se super eum omnes tribus terrae*.

A DIALOGUE ON EARLY RISING

A. Hodie volebam te conventum sed negabaris esse domi.
 B. Non mentiti sunt omnino. Non eram quidem tibi, sed eram tum mihi maxime.
 A. Quid acnigmatis est istud quod refers?
 B. Nostri illud vetus proverbium, "non dormio omnibus." Nec iocus Nasicae fugit te, cui volenti invisere familiarem Ennium, cum ancilla iussu heri negasset esse domi, Nasica sensit, et discessit. Caeterum ubi Ennius vicissim ingressus domum Nasicae rogaret puerum num esset intus, Nasica clamavit de conclavi, inquiens, "Non sum domi." Quumque Ennius, agnita voce, dixisset, "Impudens, non agnosco te loquentem?" "Imo," inquit Nasica, "tu impudentior, qui non habes fidem mihi, cum ego crediderim tuae ancillae."
 A. Eras fortassis occupatior.
 B. Imo suaviter otiosus.
 A. Rursum torqueas aenigmata.
 B. Dicam igitur explanare. Nec dicam sicum aliud quam sicum.
 A. Dic.
 B. Altum dormiebam.
 A. Quid ais? Atqui octava hora praeterierat iam, cum sol surgat hoc mense ante quartam.
 B. Liberum est soli per me quidem surgere vel media nocte, modo liceat mihi dormire usque ad satietatem.
 A. Verum utrum istuc accidit casu, an est consuetudo?
 B. Consuetudo prorsus.
 A. Atqui consuetudo rei non bonae est pessima.
 B. Imo nullus somnus est suavior quam post exortum solem.
 A. Qua hora tandem soles relinquere lectum?
 B. Inter quartam et nonam.
 A. Spatium satis amplum. Reginæ vix tot horis comuntur; sed unde venisti in istam consuetudinem?
 B. Quia solemus proferre convivia, lusus, et iocos in multam noctem. Pensamus id dispendii matutino somno.
 A. Vix unquam vidi hominem perditius prodigum te.
 B. Videtur mihi parsimonia magis quam profusio. Interim nec absumo candelas, nec deterso vestes.
 A. Praepostera frugalitas quidem servare vitrum ut perdas gemmas. Ille philosophus sapuit aliter, qui rogatus quid esset pretiosissimum, respondit, "tempus." Porro cum constet diluculum esse optimam partem totius diei, tu gaudes perdere quod est pretiosissimum in pretiosissima re.
 B. An hoc perit quod datur corpusculo?
 A. Imo detrahitur corpusculo, quod tum suavissime afficitur, maximeque vegetatur, cum reficitur tempestivo moderatoque somno, et corroboratur matutina vigilia.
 B. Sed est dulce dormire.
 A. Quid potest esse dulce sentienti nihil?
 B. Hoc ipsum est dulce sentire nihil molestiae.
 A. Atqui sunt feliores isto nomine, qui dormiunt in sepulchris, nam nonnunquam insomnia sunt molesta dormienti.
 B. Aiunt corpus saginari maxime eo somno.
 A. Ista est sagina glirium, non hominum. Animalia quae parantur epulis recte saginantur. Quorsum attinet homini accersere obesitatem, nisi ut incedat onustus gravore sarcina? Dic mihi, si haberes famulum, utrum malles obesum, an vegetum et habilem ad omnia munia?
 B. Atqui non sum famulus.
 A. Sat est mihi quod malles ministrum aptum officis, quam bene saginatum.
 B. Plane, malecm.
 A. At Plato dixit animum hominis esse hominem, corpus esse nihil aliud quam domicilium aut instrumentum. Tu certe fateberis, opinor, animam esse principalem portionem hominis, corpus ministrum animi.
 B. Esto, si vis.
 A. Cum tibi nolles ministrum tardum abdomini, sed malles agilem et alacrem, cur paras ignavum et obesum ministrum animo?
 B. Vincor veris.
 A. Iam accipe aliud dispendum. Ut animus longe praestat corpori, ita fateris opes animi longe praecellere bona corporis.
 B. Dicis probabile.
 A. Sed inter bona animi sapientia tenet primas.
 B. Fateor.
 A. Nulla pars diei est utilior ad parandam hanc, quam diluculum, cum sol exoriens novus adfert vigorem et alacritatem omnibus, discutitque nebulas consuetas exhalari e ventriculo, quae solent obnubilare domicilium mentis.
 B. Non repugno.

IVNIGRVM
C - (6)

A. Nunc suppata mihi quantum eruditio possis parare tibi illis quatuor horis quas perdis intempestivo somno.
 B. Multum profecto.
 A. Expertus sum plus effici in studiis una hora matutina, quam tribus pomeridianis, idque nullo detimento corporis.
 B. Audivi.
 A. Deinde reputa illud; si conferas in summam iacturam singulorum dierum, quantus cumulus sit futurus.
 B. Ingens profecto.
 A. Qui profundit gemmas et aurum temere, habetur prodigus et accipit tutorem; qui perdit haec bona tanto pretiosiora, nonne est multo turpius prodigus?
 B. Sic appareat, si perpendamus rem recta ratione.
 A. Iam expende illud quod Plato scripsit, nihil esse pulchrius, nihil amabilius sapientia, quae, si posset cerni corporis oculis, excitaret incredibiles amores sui.
 B. Atqui illa non potest cerni.
 A. Fateor, corporeis oculis; verum cernitur oculis animi, quae est potior pars hominis; et ubi est incredibilis amor, ibi oportet adsit summa voluptas, quoties animus congreditur cum tali amica.
 B. Narras veri simile.
 A. Ito nunc et commuta somnum, imaginem mortis, cum hac voluptate, si videtur.
 B. Verum interim nocturni lusus pereunt.
 A. Perdit plumbum bene qui vertit in aurum. Natura tribuit noctem somno. Exoriens sol cum revocat omne genus animantium, tum praecipue hominem, ad munia vitae. "Qui dormiunt," inquit Paulus, "dormiunt nocte; et qui sunt ebrii, sunt ebrii nocte." Proinde quid est turpius quam, cum omnia animantia expurgiscantur cum sole, etiam quaedam salutent eum nondum apparentem, sed adventantem cantu, cum elephantus adoret orientem solem, hominem stertere diu post exortum solis? Quoties ille aureus splendor illustrat tuum cubiculum, nonne videatur exprohrare dormienti, "Stulte, quid gaudes perdere optimam partem vitae tuae? Non luceo in hoc ut dormitatis abditi, sed ut invigiletis honestissimos rebus. Nemo accedit lucernam, ut dormiat, sed ut agat aliquid operis; et nihil aliud quam stertis ad hanc lucernam, pulcherrimam omnium?"
 B. Declamas belle.
 A. Non belle sed vere. Age, non dubito quin audiveris frequenter illud Hesiodeum, "Parsimonia est sera in fundo."
 B. Frequentissime, nam vinum est optimum in medio dolio.
 A. Atqui prima pars in vita, nimurum, adolescentia est optima.
 B. Profecto est sic.
 A. At diluculum est hoc diei, quod adolescentia vitæ. An non faciunt igitur stulte, qui perdunt adolescentiam nugis, matutinas horas somno?
 B. Apparet sic.
 A. An est ulla possessio, quae sit conferenda cum vita hominis?
 B. Ne universa gaza quidem Persarum.
 A. An non odisses hominem vehementer, qui posset ac vellet decurtare vitam tibi malis artibus ad aliquot annos?
 B. Ipse mallem eripere vitam illi.
 A. Verum arbitror peiores et nocentiores, qui volentes reddunt vitam breviores aibi.
 B. Fateor, si quis tales reperiuntur.
 A. Reperiuntur! Imo omnes similes tui faciunt id.
 B. Bona verba!
 A. Optima. Reputa sic cum tuo animo, nonne Plinius videtur dixisse rectissime vitam esse vigiliam et hominem vivere hoc pluribus horis, quo maiorem partem temporis impenderit studiis? Somnus enim est quaedam mors. Unde et fingitur venire ab inferis, et dicitur germanus mortis ab Homero. Itaque quos somnus occupat nec censentur inter vivos, nec inter mortuos, sed tamen potius inter mortuos.
 B. Ita videtur omnino.
 A. Nunc subducito rationem mihi, quantam portionem vitae resecant sibi qui singulis diebus perdunt tres aut quatuor horas somno.
 B. Video immensam summam.
 A. Nonne haberes alcumistam pro Deo, qui posset adiicere decem annos summae vitæ, et revocare projectiorem aetatem ad vigorem adolescentiac?